SPecies haec eſt ipſa, forſan de qua Auctores ſuperius memorati in Campania naſci dixerunt, & quam ut maximam inter alias agnoverunt. Forte etiam varietas illius eſſe poteſt. Ad pedes huius a Tabula noſtra demonſtratae ovum naturali magnitudine conſpicitur, ſed aliarum ſpecierum minus candidum. Haec quoque Columba *olim apud nos obvia, rariſſima nunc eſt.*

T. CCLXXX. B. – 9. –

COLOMBO di Cipro minore, detto volgarmente Turchetto piccolo, o minore col ciuffo. — *Columba Cypria cucullata minor.*

E' Unicamente una varietà del descritto e figurato alla Tavola CCLXXIII.

I mali a' quali sono sottoposti i *Colombi* sono i Pidocchi pollini, e le Pulci, per cagione de' quali, quando non sieno ripuliti, si emaciano; sono anche maltrattati da alcune pustule intorno agli occhi, specialmente nel mese di Agosto, come anche dalle volatiche e dalla lebbra, per cagione della quale i Persiani secondo Erodoto gli dispersero, e non vollero altrimenti farne uso.

VArietas tantum sub Tab. CCLXXIII. descriptae ibidemque figura ostensae certo certius videtur. Columbarum *affectus sunt Pulices & Pediculi, quibus nisi mundentur, macilentae evadunt; variolis etiam circa oculos Augusto mense in primis infestantur, & vitiligine ac lepra, ob quam a Persis pulsas apud Herodotum legimus.*

T. CCLXXXI. B. – 11. 1/10. 2.

COLOMBO di Cipro maggiore, volgarmente Turchetto maggiore col ciuffo. — *Columba Cypria cucullata maior.*

QUesta pure è una varietà del *Colombo* descritto sopra alla Tav. CCLXXIII. ed è comune in Toscana.

Trovansene anco dell' altre varietà, come sarebbe con le penne di quasi tutto il corpo nere, con gli occhi gonfi, e bordati di un orlo rosso assai più largo; e trovasene anche una varietà detta pure di Cipro con le penne a' piedi descritta al num. 28.

L' Alberto assegna a' *Colombi* 20. anni di vita. Aristotele vuole, che campino fino a' 40. Riguardo a' *Piccioni* domestici, dice l' Aldrovando, che fu informato da un tale, che aveva il padre appassionatissimo in rilevare e tenere non tanto i *Piccioni*, quanto anche altri diversi Uccelli, qualmente questo suo padre aveva ancora una *Colomba* di 22. anni, e fino allora stata buona a far uova.

HAec pariter varietas alia dici potest descriptae sub Tab. CCLXXIII. & in Etruria facile occurrit.

Varietates etiam aliae reperiuntur, pennis scilicet in universo ferme corpore nigris, oculis magis tumescentibus, nec non circulo latiore rubro cinctis, & Cypria alia pedibus pennatis, quam sub num. 28. vide.

Albertus vigesimum annum Columbinae *vitae terminum constituit. Aristoteles vitae terminum ipsis tribuit quadraginta annorum. Quod ad* Domesticas *attinet, inquit Aldrovandus: Retulit mihi vir quidam fide dignus, se a patre suo, qui* Columbacei *generis aliarumque Avium studiosissimus erat, audivisse,* Columbam *habuisse viginti duobus annis, & semper generasse.*

T. CCLXXXII. B. – 14. –

COLOMBO o Piccion grosso ricciuto con penne a' piedi, volgarmente Colombo riccio. — *Columba cincinnata pedibus hirsutis.* — *Columba crispis pennis* Aldrov. cum icone satis accurata. — *Columba crispa* Schwenck Briss. T. 1. pag. 76. — Gall. *Le Pigeon Frisé.*

QUasi sempre questo *Piccione* è tutto bianco con i piedi rossi. Tutte poi le penne del suo corpo sono crespe e ricciute, e talmente rade di piumette laterali, particolarmente quelle delle ali, che non è capace di volare. Se i *Piccioni* di questa specie nello scendere una scala fallisconо il primo scalino; facilmente cadono ruzzolando tutta la scala.

CAndida semper prorsus est, praeter digitos rubentes. Pennis autem in toto corpore crispis, atque cincinnatis vestitur, & ita rarius plumulis dispositis praesertim remigum ut volatui impos sit. Si primus scalae gradus sub pedibus huiusmodi Columbarum *deficit, per totam scalam saepe saepius praecipites prolabuntur.*

Dif-

Di

Di queſta ſpecie pure ſi citano alcune varietà, vale a dire di penne radiſſime, e molto più ricciute, particolarmente nel dorſo e nel petto, e con il becco e le gambe molto più roſſe. Molte ſimili varietà trovanſi citate, e rappreſentate nell' Ornitologia Geriniana, da noi tralaſciate, *unicamente* perchè l' opera non diveniſſe troppo voluminoſa, il che ſarebbe certamente accaduto ſe aveſſimo date tutte quante le differenze degli Uccelli, che ritrovanſi eſpreſſe in tale originale.

Differentiae aliquae in hac quoque Columba *obſervantur, nempe pennis rarius diſpoſitis, magiſque in dorſo etiam & pectore criſpis, atque roſtro & digitis colore rubro ſaturatiore tinctis. Conſimiles varietates in Ornithologia Geriniana quamplurimae reperiuntur, ſed a nobis conſulto omiſſae hae ſunt, nam ſi omnes Avium differentias oſtendere in hac autographa collectione depictas voluiſſemus, opus farraginoſum nimium certo certius videri pluribus potuiſſet.*

T. CCLXXXIII. B. -- 15. --

COLOMBO detto Piccion groſſo Reale con penne a' piedi. — *Columba domeſtica maior pedibus pennatis, ſive Dasypes.* — *Columba pedibus hirſutis, ſive pennatis* Aldrov. — *Columba hirſutis pedibus* Ionſton. Willugh. & Charlet.. — *Columba domeſtica verſicolor pedibus pennatis* Barr Ornith. — *Columba Dasypes* Schwenck & Briff. T. 1. pag. 73. — *Columba tympanizans* Friſch. cum accuratiſſima icone. — Gall. *Le PigeonPatu*. — Angl. *Rough-Footed-Dove; Rough-Footed-Pigeon*.

SI può dire ſemplice varietà del *Piccion groſſo comune*, o del *Reale*, non eſſendo da quelli diverſo ſe non per quelle lunghe penne, che porta a' piedi. Se ne danno anche delle differenze per la groſſezza del corpo, e per la lunghezza di tali penne. La varietà moſtrata da noi ſi dice venuta di Smirne, e che là facilmente ſi veda; neppure appreſſo di noi, e in altri luoghi d' Italia, può dirſi molto rara. Allorchè partoriſce le uova ſta nel nido con le gambe molto larghe, acciò non le venga fatto ſgravarſi di quelle ſopra di eſſe penne, e partendo poi dal nido tirarſele dietro e romperle.

DOmeſticae maioris *vel* maximae *varietas dici poteſt, cum ab iiſdem non differat niſi pedibus ad extremos uſque digitos, & ultra etiam plumoſis. Differentiae plurimae etiam obſervantur circa corporis craſſitiem, & plumarum prope digitos naſcentium longitudinem. Memoratam varietatem Smyrnaeae originis eſſe, ibidemque obviam eſſe fertur. Apud nos vero, aliiſque Italiae Provinciis non raro occurrit. Dum haec ova deponit divaricatis admodum pedibus ſupra nidum ſtat, ne ſupra pennas pedum ova deponat, illaque nidum deſerendo ſecum adducat, longiuſque proiiciat, & diffrangat.*

T. CCLXXXIV. B. -- 15. -- -- 17. --

COLOMBO maggiore con ciuffo raddoppiato, detto anche Piccion groſſo di Norvegia — *Columba peregrina maior dupliciter cucullata, Norvegica etiam dicta.* — *Columba Norvegica* Schwenck & Briff. T. 1. pag. 74. — Gall. *Le Pigeon de Norvége*.

E' grande alcuna volta quanto una *Gallina*, e ſempre bianchiſſimo. La carne di *Piccione* è molto riſtorativa, e adattatiſſima a rinvigorire i convaleſcenti. Per altro i *Galletti* ſi ſtimano più facili a digerirſi de' *Piccioni*, e la carne di queſti è ſtato creduto, che accreſca l' umore melancolico.

MAgnitudine Gallinam *etiam adaequat, ſemperque nivei candoris.* Columbina *caro analeptica eſt, & a morbo convaleſcentibus ad vires reparandas utiliſſima; verum* Columbae *ad concoquendum pullis* Gallinaceis *duriores, & melancholicum ſuccum generare reputantur.*

T. CCLXXXV. B. -- 13. -- -- 14. --

COLOMBO minore e di diverſo colore con il ciuffo raddoppiato, detto Colombo dai muſtacchi minore. — *Columba minor diverſicolor dupliciter criſtata, vel cucullata.*

QUeſt' Uccello fu mandato a noi dall' Eccellentiſſimo Sig. Daniele Farſettio Patri zio e Cavalier Veneziano.

HAec ab Excellentiſſimo Dom. Daniele Farſettio Patricio atque Equite Veneto miſſa nobis fuit.

T. CCLXXXVI. B. -- 12. 1. -- 12. 2.

COLOMBO col ciuffo ſimile ad una criniera, detto anche Colombo dalla Parrucca. — *Columba cucullo crinito ſupra pectus deſcendente.*

QUeſta varietà differiſce nel cappuccio ora più corto, ora più alto, o per eſſer più o meno ricciuto, e diverſifica ancora per i diverſi gradi di color roſſo nelle penne del dorſo e del petto.

Il concio di *Colombo* è molto calido per eſſere abbondante di ſali. Il Creſcenzio lo vuole ottimo per darſi alle piante e a' ſemi, e ſi può ad eſſe dare in ogni ſtagione, qualora ſi ſemini qualche coſa, ſpargendolo ſulla terra col ſeme medeſimo, e anche dopo, e una corba di queſto equivale a una carrata di concio di Pecora, o di altri Quadrupedi. Eſſendo il concio Colombino come ſi è detto molto calefaciente, e di più dotato di qualità riſolvente, perciò ha uſo anche in medicina, venendo adoprato frequentemente ne' cataplaſmi, e negl' impiaſtri rubefacienti. Polverizzato e paſſato per iſtaccio e applicato unito al ſeme di Naſturzio, per aſſerzione di alcuni Medici molto ſperimentati, giova a diverſi mali inveterati, come ſono le Artritidi, e altri dolori delle membra, ſiccome a' mali Apoplettici. Unito con farina d' orzo e aceto e applicato ſcioglie le ſcrofe e altri tumori, e giova anche alla Tigna ungendo la parte. Meſcolato con ſale e olio diſſipa la Gonagra.

HAec varietas differt cucullo nunc breviore, nunc magis producto, ſive magis minuſque cincinnato, nec non plumarum colore in dorſo & pectore plus minus rubeſcentium.

Fimus Columbinus *calefacit vehementer ob ſalium facultatem, quibus maxime ſcatet. Teſte Creſcentio, optimus eſt plantis & ſeminibus, & poteſt ſpargi quocumque anni tempore, quoties aliquid ſeritur cum ipſo ſemine, ac etiam poſtea quandocumque, & una corbis huius ſimi aequivalet plauſtro fimo Ovium, aliorumque Quadrupedum onuſto. Calefaciendi ſuperius memorata facultate, & diſcutiendi ſimul virtute cum polleat* Columbarum *fimus, hinc eiuſdem uſus in medicina, frequentius in cataplaſmatibus & emplaſtris rubefacientibus adoptatus fuit. Tritus & cribratus, cumque ſemine Naſturtii impoſitus ſententia Medicorum nonnullorum experientia praeſtantium ad affectus inveteratos facit, cuiuſmodi ſunt Arthritides, aliique partium dolores, & affectus apoplectici. Cum farina hordeacea & aceto mixtus & impoſitus ſtrumas alioſque tumores diſcutit, & Tineae illitus ſuccurrit. Cum ſale & oleo pariter mixtus defluxiones ad genua delabentes removet.*

21. COLOMBO, o Piccion groſſo comune. -- *Columba domeſtica maior vulgaris -- Varietas tantum eſt, ac mediae magnitudinis inter maximam & minorem, de qua vide, quae ſub Tab. CCLXXVIII. dicta ſunt.*

22. COLOMBO, o Piccione con la viſiera. -- *Columba Galeata* Willugh. Raii, & Briſs. T. pag. 80. -- *Varietas pariter eſt, & ab aliis differt in eo quod caput, rectrices & maiores remiges ſemper ſint eiuſdem colovis, ſed diverſi a colore reliqui corporis; ita ut ſi corpus album ſit, caput cauda & remiges ſint nigrae aut alterius cuiuſvis coloris: e contra ſi corpus nigrum ſit, vel caeruleum, caput, cauda & remiges ſint albae.*

23. COLOMBO, o Piccione tremante di coda ſtretta. -- *Columba tremula anguſticauda, ſeu acuticauda* Willgh. Raii. *Columba tremula* Briſs. T. 1. pag. 81. -- *Varietas tantum a Tab. CCLXVIII. oſtenſae quam vide.*

24. COLOMBO, o Piccione di ſcoglio, e ſaſſatile. -- *Columba ſaxatilis* M. Varronis, Aldrov. -- *Columba Rupicola* Willugh. Raii, Sibbald. & Klein. -- *Palumbus ripicola* Charlet. -- *Columba ſaxatilis* Briſs. T. 1. pag. 84. -- *Eadem prorſus eſt ac vulgaris noſtra, arvorum & ruſtica dicta Tab. CCLXX. niſi quod cum in rupibus & montium anfractibus & cavernis degere ſolita ſit, minus humanam conſuetudinem juſtinet; colore variat nunc cinereo, nunc magis livido, pariterque corporis craſſitie interdum diſcrepat. Reperitur colore etiam ferme candido, quam diſtinxerunt nonnulli, eaque quae ſequitur eſt.*

25. COLOMBO, o Piccione di ſcoglio, bianco -- *Columba alba ſaxatilis* Briſs. T. 1. pag. 86. -- *Columba agreſtis* Friſch. -- *Per univerſum corpus alba eſt, exceptis capite uropygio & cauda, quae ſplendide rufeſcunt. Roſtro ut in praecedente cinereo, pedibus rubris, unguibus carneis, quae migratoria dicitur.*

26. COLOMBO, o Piccione ſalvatico -- *Columba ſylveſtris* -- *Columba cavernalis* Charlet. -- *Columba fera arborea* Schwenck -- *Columba lignorum proprie* Klein. -- *Columba agreſtis, ſeu ſaxatilis* Varroni, *Vinago*, *Gazae*, Rzac -- *Oenas* Geſn. -- *Oenas, ſive Vinago* Aldrov. Ionſt. Willugh. Raii, Sibbald. & Briſs. T. 1. pag. 86. -- *Columba* Oenas *caeruleſcens, collo ſupra viridi nitente, faſcia alarum caudaeque apice nigricante* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. -- *Columbam vulgarem, ſive domeſticam vulgarem Tab. CCLXX. paullulum craſſitie ſuperat, cinerea eſt, collo inferiore & pectore vinaceis macula duplici nigra in utraque ala, remigibus quatuor maioribus nigris, oris exterioribus albis; roſtro pallide rubro, pedibus rubris, unguibus nigris,*

gris. In foemina roſtrum minus rubet, & pedes etiam pallidiores ſunt. Oenas Graece dicta haec ſpecies fuit, vel a colore uvarum nigrarum maturarum, quas οἰνοπας Graeci dixerunt, vel a vindemiae tempore, quo conſpicitur & capitur. Hac ipſa de cauſſa facile Latini vinaginem eamdem appellarunt. Cavernalis dicta etiam eſt, quia in arborum cavis nidificat. Nonnulli hanc ſpeciem cum Palumbo, ſive Columba Livia confundunt; ſed parum ſcite, nam & corpore minor eſt, & circa nares aliquid purpurei habet, quo Livia caret.

27. Colombo, o Piccione Corriere, detto anche Meſſaggiere -- *Columba Tabellaria* Willugh. Raii, Klein. & Briſſ. T. 1. pag. 77. -- *Columbae Tabellariae* Vulgaribus *pares ſunt aut minores, colore obſcuro-caeruleo, vel nigricante. Diſtinguuntur ab aliis, oculis praecipue Accipitrinis, circulo lato cutis nudae albidae tuberoſae & furfuraceae cinctis, nec non mandibula ſuperiore eiuſmodi cutis fungoſae duplici area ſeu cruſta oblonga a capite ultra medium extenſa obducta. Harum Avium uſus eſt ad literas ultro citroque tranſmittendas, in Turcico praecipue Imperio. Veteres quoque ad epiſtolas tranſmittendas Columbis uſos eſſe legimus, ut ex. gr. Hirtium & Brutum in obſidione Mutinenſi, Hirtio nimirum ad Brutum, & Bruto ad Hirtium Columbam mittente, ubi diſpoſito cibo quibuſdam eminentiſſimis locis Columbas tenebris prius incluſas, & fame plurima affectas illinc inde volare inſtituerant. Harum id ingenium eſt ut quamvis longiſſime deportatae eo feſtinanter redeant, ubi vel ipſae fuerant enutritae, vel pullos pepererint & educaverint. In Anglia in Ornithotrophio Regio, & aliorum huiuſmodi Columbae obſervatae pluries fuerunt.*

28. Colombo, o Piccione col ciuffo, e piedi colle penne. -- *Columba criſtata pedibus plumoſis.* -- *Columba noſtra criſtata* Aldrov. -- *Columba criſtata* Schwenck. & Briſs. T. 1. pag. 73. -- *Columba menſtrua, ſive criſtata, ſive pedibus plumoſis* Friſch. cum accuratiſſima icone. -- *Columba Cypria alia* Aldrov. -- *Columba Cypria* Ionſton. varietas tantum deſcriptae ſub Tab. CCLXXXI. quam vide.

29. Colombo, o Piccione battitore. -- *Columba percuſſor* Willugh. Raii & Briſſ. T. 1. pag. 79. -- *Huius ſpeciei Columbae non tantum inter volandum in orbem circumvolitant, verum etiam alas quatiunt, idque maxime ſupra foemellas tam fortiter alas quatiendo, ut duorum aſſerum ſimul colliſorum ſonitum ſuperent. unde remiges earum pennae ſemper fere fractae conſpiciuntur, ac quandoque etiam volare inde nequeunt* Gyratrices *a percuſſoribus proprie dictis diſtinguuntur.*

30. Colombo, o Piccione giratore, e burattino. -- *Columba gyratrix, ſive geſtuoſa.* -- *Columba Gyratrix* Ionſt. Charlet. & Briſs. T. 1. pag. 79. -- *Columba Gyratrix, ſeu vertaga* Willugh. -- *Columba geſtuoſa, ſive geſticularia* Friſch. cum accuratiſſima icone. -- *Parva eſt & variis coloribus ornata. Inter volandum miros motus in aëre exhibet, retrorſum ſe circumvolvendo pilae aut globi proiecti ſpeciem refert. Varietas tamen eſt* Domeſticae maioris vulgaris.

31. Colombo, o Piccione detto Gonfianuvoli. -- *Golumba gutturoſa* Willugh. Raii, Charlet. Ionſt. Klein- & Briſs. T. 1. pag. 78. -- *Columba perperam gutturoſa dicta* Aldrov. -- *Columba ſtrumoſa, ſive Columba oeſophago inflato* Friſch. cum optima icone. -- *Columba* gutturoſa *pectore inflato* Linn. Syſt. Nat. ſp. 2. -- *Columbam domeſticam maiorem, cuius varietas tantum eſt, magnitudine adaequat, coloribuſque ut illa variat: ab ea tamen differt in eo quod ingluviem, aëre attracto, mirum in modum inflet, ita ut toto reliquo corpore maior evadat,* & Domeſticis vulgaribus *duplo etiam maior interdum appareat.*

32. Colombo, o Piccione del Meſſico. -- *Columba Mexicana* Briſs. T. 1. pag. 99. -- *Columba ſylveſtris Mexicanis Ceboilotl dicta* Raii. -- *In univerſum corpus pennis fuſcis veſtita eſt haec ſpecies, praeter eas quae pectus & extremas veſtiunt alas nimirum candidas. Oculorum ambitus coccineus: irides nigrae: pedes rubri.*

33. Colombo, o Piccione del Meſſico ſalvatico. *Columba Mexicana ſylveſtris.* -- *Oenas Mexicana* Briſs. T. 1. pag. 100. -- *Columba Mexicana Hoilotl dicta* Hernandeſii Raii. -- *Columbae domeſticae magnitudinem aemulatur; ſuperne fuſca nigris maculis varia, inferne dilute fulva, tectricibus caudae inferioribus cinereis; remigibus, rectricibuſque fuſcis. Roſtro nigro, pedibus rubris.*

34. Colombo, o Piccione ſalvatico d' America. -- *Columba Americana ſylveſtris.* -- *Columba Americana* Friſch. cum optima icone. -- *Columbus, Palumbus Carolinenſis* Klein. -- *Columba migratoria Carolinenſis* Catesb. cum exactiſſima huius figura. -- *Columba macroura* Edw.. -- *Oenas Americana* Briſs. T. 1. pag. 100. ſp. 12. -- *Columba* macroura *cauda cunei-formi longa pectore purpuraſcente* Linn. Syſt. Nat. ſp. 16. -- *Longicauda eſt, & Columbam ſylveſtrem ſive Oenadem num. 26. craſſitie adaequat. Superne cinerea eſt, inferne vinacea; maculis in utraque ala nigris; remigibus fuſco-nigricantibus, oris exterioribus maiorum albicantibus; rectricibus lateralibus cinereo-albis; oculorum ambitu coccineo, iridibus vero aurantiis; roſtro & unguibus nigris; pedibus rubris.* Briſſonius *Columbam longicaudam Americanam* a ſpecie ſupradicta diſtinxit T. 1. pag. 101. eamdemque nuncupavit *Turturem Americanum*, ſed ab ea vix differt, vel caſu tantum differt *macula infra aures nigra.*

35. Colombo, o Piccione della Martinicca. -- *Columbam Martinicana* Briſs. ibid.pag. 103. -- *Columbam vulgarem craſſitie circiter aequat ſuperne fuſco-rufeſcens, inferne dilute fulvo-vinacea; torque vinaceo-aureo; maculis in utraque ala nigris; rectricibus lateralibus taenia tranſverſa nigra donatis, apice albis; roſtro unguibuſque nigris, pedibus rubris.*

36. Colombo, o Piccione d' India, ovvero Piccione bruno Indiano. *Columba Indica, vel nigra Indica.* -- *Columba Indica fuſca* Klein. & Edw.. -- *Columba ſubfuſca media, iride crocea, palpebris in pennis caeruleis* Brown. -- *Columba Indica* Briſs. T. 1. pag. 105. ſp. 15. -- *Columba* Aſiatica *rectricibus cinereis, apice albis, intermediis fuſcis, orbita oculorum nuda caerulea* Linn. Syſt. Nat. ſp. 8. -- *Columba* leucoptera *palpebris nudis caeruleis, iridibus oculorum fulvis*, eiuſd. Syſt. Nat. ſp. 14. -- *Turturem craſſitie circiter aequat; ſuperne fuſco-rufa, inferne dilute cinereo-caeruleſcens, macula infra aures nigra; rectricibus lateralibus*

bus obſcure cinereis, apice albis; cute nuda ſplendide caerulea oculos ambiente donatur, iridibus coccineis ad aureum colorem inclinantibus; roſtro nigro, pedibus rubris, unguibus fuſcis. Motacillarum *inſtar citiſſime caudam motitat; habitatque in India Orientali. Auctores aliqui varietates, & ſpecies aliquas diſiungunt, alii eaſdem coniungunt.* Linnaeus de hac ipſa Ave duas ſpecies fecerat.

37. Colombo, o Piccione della Martinicca violetto -- *Columba violacea Martinicana* Briſs. T. 1. pag. 129. cum optima icone. -- *Perdix rubra* du Tertre Hiſt. Antill. T. 2. pag. 254. -- *Turturem craſſitie adaequat, caſtaneo violacea; ventre rufeſcente; remigibus interius rufis. Huius oculos papillae carnoſae coccineae ambiunt. Roſtrum, pedeſque rubent, ungues vero ex griſeo fuſceſcunt. Variat autem colore magis vel minus fuſco.*

38. Colombo, o Piccione roſſo dell' Iſola di Caienna. -- *Columba rufa Cayanenſis* Briſs. T. 1. pag. 131. ſp. 29. cum accurata icone. -- *Columba purpuro rufeſcens, iridibus & palpebris coccineis* Brown. -- *Columba minor fulva* Sloan. -. *Perdix montana* Raii. -- *Perdix Martinicana, ſive Turtur rubens cruribus, & oculis corallinis* Fevill. -- *Columba Romana minor eſt; ſuperne ruſo purpurea, inferne rufeſcens; collo inferiore & pectore carneis; remigibus, rectricibuſque rufis; roſtro pedibuſque rubris; unguibus griſeo fuſcis. In Cayanenſi Inſula habitat.*

39. Colombo, o Piccione di Guinea. -- *Columba Guineenſis* Klein. & Briſs. T. 1. pag. 132. ſp. 30. -- *Columba maculis triquetris notata* Edw. cum optima icone T. 2. Tab. 75. -- *Columba* Guinea *rectricibus cinereis apice nigris, orbita oculorum nuda rubra* Linn. Syſt. Nat. ſp. 9. -- *Columbam Romanam craſſitie adaequat; ſuperne fuſco purpuraſcens eſt, in violaceum mutans, inferne dilute cinerea; uropygio albo, maculis in utraque ala triangularibus albis; rectricibus obſcure cinereis, apice nigris; roſtro nigricante membrana cinerea; pedibus pallide rubris, unguibus fuſcis. Habitat in regionibus Guineae Meridionalibus.*

40. Colombo, o Piccione di Giammaica. *Columba Iamaicenſis* Briſs. ibid. pag. 134. -- *Columba minor ventre candido* Sloan. -- *Columba minor Iamaicenſis, ventre candido* D. Sloane & Raii. -- *Columba media ventre candido* Brown. -- *Huius longitudo ab apice roſtri ad extremitatem caudae novem pollices Pariſienſes aequat; ſuperne fuſco purpuraſcens eſt, inferne alba; rectricibus caeruleis linea alba terminatis; vertice albo. In campeſtribus Iamaicae habitat.*

41. Colombo, o Piccione col capo nero di Giammaica, chiamato anche Tortora di Giammaica. -- *Columba, ſive Turtur Iamaicenſis capite nigro.* -- *Columba capite nigro* Klein. -- *Turtur Iamaicenſis* Alb. & Briſs. T. 1. pag. 135. cum icone accuratiſſima. -- *Columba* Cyanocephala *capite caeruleo* Linn. Syſt. Nat. ſp. 12. -- *Columbam Liviam craſſitie circiter aequat; ſuperne fuſca ad vinaceum inclinans, inferne vinaceo-rufeſcens; pectore vinaceo; capite, guttureque caeruleis; taenia infra oculos alba; roſtro ad baſim rubro, apice cinereo, pedibus, unguibuſque rubris.*

42. Colombo, o Piccione di Monte della Giammaica. -- *Columba ſaxatilis Iamaicenſis* Briſs. T. eod. p. 137. -- *Columba minor capite albo* Sloan. & Raii. *Columba minor leuco-coryphos* eiuſd. Raii. -- *Columba minor* D. Sloan. Klein. -- *Columba vertice depreſſo albido* Brown. *Columba corona alba* Catesb. cum icone accuratiſſima. -. *Gorias de Ovido* Sloan. & Raii. -- *Columba* leucocephala *caeruleſcens, vertice depreſſo albo* Linn. Syſt. Nat. Sp. 13. -- *Columbam domeſticam vulgarem craſſitie adequat, ex fuſco cinereo-caeruleſcens, remigibus, rectricibuſque fuſcis; vertice albo. Roſtri baſi rubra, apice alba; pedibus rubris, unguibus griſeis. Habitat in omnibus Bahamenſibus Inſulis, in Iamaica, & Inſula Dominicenſi; foecundiſſima ſpecies eſt, & inter rupes nidificat.*

43. Colombo, o Piccione di Giammaica con la coda ſtriſciata di ſcuro a forma d' anello. -- *Columba Iamaicenſis cauda faſcia fuſca notata, velut annulo cincta.* -- *Columba cauda annulo cincta Iamaicenſis* Briſs. T. 1. pag. 138. = *Columba cauda torquata, ſeu faſcia fuſca notata* Sloan. Klein. -- *Columba cauda faſcia fuſca notata, velut annulo cincta* Raii. -- *Columba maior nigro-caeruleſcens, cauda faſciata* Brown. -- *Longitudine 15. pollices aequat; ſuperne pallide caerulea, inferne alba; capite, collo inferiore & pectore purpuraſcentibus; cauda pallide caerulea, faſcia tranſverſa nigricante notata membrana roſtri duplici protuberantia admodum elata; oculorum iridibus coccineis.*

44. Colombo, o Piccione celeſte del Meſſico. -- *Columba caerulea Mexicana.* Briſs. T. 1. pag. 139. -- *Tlacahoilotl, Columbae ſylveſtris ſpecies* Raii. -- *Columbam vulgarem magnitudine circiter aequat, ſuperne caerulea, inferne rubra, rectricibuſque alarum rubeis; remigibus, rectricibuſque caeruleis; oculorum iridibus, roſtro, pedibuſque rubris.*

45. Colombo, o Piccione di Montagna del Meſſico. -- *Columba Montana Mexicana* Briſs. T. 1. pag. 139. ſp. 28. -- *Columba Mexicana Montana, maxima* Raii. -- *Hoilotl* Fernand. -- *Columbam domeſticam maiorem magnitudine fere adaequat. Per univerſum corpus colore rufo in purpureum vergente tingitur, exceptis rectricibus alarum minoribus candidis. Roſtro & pedibus cinereis. Variat tamen colore fulvo dilutiore, ac roſtro & pedibus rubeſcentibus. In Mexicanis montibus habitat.*

46. Colombo, o Piccione verde delle Filippine. *Columba viridis Philippenſis* Briſs. T. 1. pag. 143. ſp. 38. cum icone accuratiſſima. -- *Columba Maderaſpatana variis coloribus eleganter picta* Raii. -- *Turturem noſtratem paullulum craſſitie ſuperat. Viridi-olivacea eſt; collo dilute caſtaneo, pectore aurantio; remigibus ſupra nigricantibus, ſubtus cinereis, oris exterioribus ſulphureis; pedibus nudis; roſtro in exortu nigricante, apice flaveſcente; pedibus rubris, unguibus nigris. Varietas ultra Gangem invenitur, quae niſi capite cinereo albo ab hac diſcrepat.*

47. Colombo, o Piccione verde d' Amboina -- *Columba viridis Amboinenſis* Briſs. T. 1. pag. 145. ſp. 39. cum accurata pariter icone. -- *Craſſitie Turturem circiter aequat, viridi-olivacea, dorſo caſtaneo; remigibus ſupra nigris, infra cinereis, oris exterioribus flavis; pedibus nudis, unguibuſque cineraſcentibus; roſtro virideſcente.*

48. Colombo, o Piccione verde dell' Iſola di S. Tommaſo. -- *Columba viridis Inſulae S. Thomae* Briſs. T. 1. p. 147. ſp. 40. -- *Columbae ſylveſtris ſpecies ex Inſula S. Thomae* Marcgr. Ionſt. Willugh. Raii & Klein. -- *Columbarum noſtrarum magnitudine eſt & figura. Pennis veſtitur per univerſum corpus viridibus, exceptis caudae tectricibus inferioribus flavis. Remiges ex viridi fuſceſcunt, ut extremitates caudae. Oculos habet nigros circulo caeruleo cinctos, roſtro ad medietatem uſque ſanguineo, alia medietate ad apicem uſque caerulea cum flavi & albi mixtura; pedibus croceis, unguibus fuſcis.*

49. Colombo, o Piccione di Nicombar. -- *Columba Nicombarienſis* Alb. & Briſs. T. 1. pag. 154. ſp. 44. -- *Columba Nicombar Indica* Klein. -- *Columba* Nicobarica *cauda alba, corpore nigro, remigibus caeruleis, dorſo viridi nitente, pennis colli elongatis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 15. -- *Columbam domeſticam maiorem ſive Romanam paullulum magnitudine ſuperat; oculorum iridibus rubris; roſtro cinereo, pedibus ſuperne fuſcis inferne flavis. Reliqui pennarum corporis colores a Linnaeana denominatione intelliguntur. Foemina a mare diſcrepat coloribus minus ſplendentibus, atque colli pennis brevioribus.*

50. Colombaccio blù del Madagaſcar. -- *Palumbus caeruleus Madagaſcarienſis* Briſs. T. 1. pag. 140. ſp. 36. cum optima icone. -- *Columbam vulgarem craſſitie proxime adaequat; totus caeruleo nigricat, cauda purpureo-violacea, pedibus rubris, plumoſis, quo etiam colore roſtrum tingitur, unguibus vero nigris.*

51. Colombaccio verde del Madagaſcar. -- *Palumbus viridis Madagaſcarienſis* Briſs. ibid. pag. 142. ſp 37. cum optima pariter icone. -- *Columba viridiſſimi coloris* Bont. -- *Viridi-olivaceo colore eſt, remigibus ſupra nigricantibus, ſubtus cinereis, oris exterioribus ſulphureis; pedibus rubris plumoſis; roſtro & unguibus cinereis, digitis vero rubris. Ipſa ac ſuperior eſt craſſitie.*

52. Colombaccio delle Molucche -- *Palumbus Moluccenſis* Briſs. T. 1. pag. 148. cum accurata icone. -- *Palumbum vulgarem craſſitie adaequat; ſuperne viridi-aureus in cupri puri colorem mutans, inferne cinereo-albus ad vinaceum inclinans; rectricibus caudae inferioribus caſtaneo-purpureis; rectricibus ſubtus cinereis; pedibus ad mediam circiter longitudinem plumoſis; roſtro, pedibus ipſis & unguibus virideſcentibus. In Moluccis Inſulis habitat, & Nucibus moſcatis victitat.*

53. Colombaccio d' Amboina. -- *Palumbus Amboinenſis* Briſs. ibid. pag. 150. ſp. 42. cum optima icone. -- *Columba Turture noſtrate minor, principibus coloribus ſuperbiens Indiae Orientalis* Klein. -- *Columba Indica alis viridibus* Edw. cum figura non omnino contemnenda. -- *Columba* Indica *corpore purpureo, humeris viridibus, ſuperciliis albis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 18. -- *Roſtro donatur coccineo; membrana nares cooperiente caeruleſcente -- ; pedibus rubris, unguibus dilute fuſcis.* -- Ulterior Avis deſcriptio ſuperflua, cum tota ex adpoſitis Synonimis eruatur.

T. CCLXXXVII. B. -- 10. --

TORTORA Indiana detta anche Turcheſca. — *Turtur Indicus* Aldrov. Ionſt. Alb. Friſch. — *Turtur Turcicus* Schwenck. — *Columba Turtur Indica* Aldrov. & Klein. — *Turtur torquatus* Briſs. T. 1. pag. 95. ſp. 8. — *Columba* riſoria *ſupra luteſcens, lunula cervicali nigra.* Linn. Syſt. Nat. ſp. 21.

IL maſchio differiſce dalla femmina per eſſer di colore piu roſſiccio, o giallognolo, eſſendo la femmina di colore più sbiadito. Queſta ſpecie ci vien portata da Aleſſandria d' Egitto, e i noſtri ſpeſſo ne tengono. Si addomeſtica facilmente e cova nelle caſe. Fa due uova come i *Piccioni*, ed in queſto convengono anche tutte le altre ſpecie di Tortora. Il maſchio ha la voce più groſſa, ſebbene come le femmine lamentevole, e queſte la producono aſſai più ſottile.

Il ſuo ordinario cibo è il miglio. Dalla femmina della ſuddetta ſpecie, vale a dire *Indiana*, o *dal collare*, unita alla *Tortora* maſchia noſtrale ne naſce la *Tortora baſtarda* nominata dal Briſſon T. 1. pag. 97. ſtata detta dallo Schwenckfeldio *Tortora miſchia*, la quale nella grandezza ſi confà alla madre, ma differiſce da eſſa nel colore, avendo il vertice, il collo, e il petto di color vinato, e il dorſo cenerino miſchiato di un color roſſo ſcuro ſenza macchie. Il becco è di color celeſticcio, e i piedi ſono di color di ſangue.

Mas colore magis rufo, ſeu luteſcente a foemina, quae pallidior eſt diſtinguitur. Ab Alexandria Aegypti deportatur, atque apud nos non infrequens eſt. Manſueſcit plurimum & in domibus facile nidificat, prolemque habet. Ova duo, ut Columba, *&* Turturis *aliae ſpecies ſolent, edit. Mas maiorem vocem, ſed ut aliae ſpecies iugiter gemebundam edit, foemina vero exilem admodum.*

Milio praeſertim veſcitur. Varietas ex foeminae huius ſpeciei, ſcilicet Indicae, *vel* Torquatae, *&* Turturis maris noſtratis *coniugio, oritur, quae* Turtur hybridus *a Briſſonio dicitur T. 1. pag. 97. & a Schwenckfeldio* Turtur mixtus, *quae magnitudine matrem aequat, diſcrepat vero vertice, collo, & pectore coloris vinacei, & dorſo cinereo rubedine ſubobſcura mixto abſque maculis. Huius roſtrum ſubcaeruleum eſt, pedeſque ſanguinei ſunt.*

T. CCLXXXVIII. B. — 8. —

TORTORA salvatica. — *Turtur sylvestris minor* Gerin. Ornith. — Gall. *La Tourterelle santage.*

AMa le solitudini, e particolarmente le selve de' monti, e non scende alle pianure se non per cercare di che cibarsi, muta paese, e trovando luoghi tiepidi in quelli si trattiene per tutto l' Inverno.

AMat loca rarius frequentata, & sylvas montium praesertim, nec planities frequentat, nisi victus quaerendi causa; migrat autem, & si locum tepidum repererit, in eo per Hiemem remanet.

T. CCXXXIX. B. — 9. 1. 1. 10. 2.

TORTORA comune — *Turtur vulgaris.* — *Turtur* Gesn. Aldrov. Willugh. Raii Charlet. & aliorum; ac Briss. T. 1. pag. 92. — *Turtur nostras* Schwenckfeldii Rzac. — *Columba Turtur simpliciter* Klein. — *Columba* Turtur *rectricibus apice albis, dorso griseo, pectore incarnato, macula laterali colli* Linn. Syst. Nat. sp. 11. — Gall. *La Tourterelle*, — Angl. *Turtle; or Turtle-Dove.*

LA *Tortora* si pone nell' ultimo luogo del genere de' *Colombacci*. Nell' Isola Spagnuola vi furono osservate tre o quattro specie di questo Uccello. Di questi in ogni parte o luogo se ne trova dove più dove meno.

Ne abondano delle bianche nei luoghi freddi, e da' nostri se ne portano da Alessandria di diverso colore. Nell' Etiopia dicono, che ve ne sia in sì gran numero, e che volino per aria così strettamente unite, che sembrano una nuvola, e che impediscano i raggi solari. Dimorano sempre ne' monti, o nelle sommità degli Olmi, e d' altri alberi. Nell' Inverno o si nascondono, e cercano luoghi più caldi, onde da Plinio sono state dette trimestri, perchè per tanti mesi appunto in alcune nostre Provincie si vedono.

Si cibano di grano, di ghiande, e d' olive, ma sommamente amano il miglio. Se sono di poco tempo, ingrassano talmente, che dal grasso alle volte muoiono. Columella, e lo Scaligero in Teofrasto insegnano, che l'istesse ingrassino nell' Inverno mangiando pane inzuppato nel vino. Vuole Aristotele, che vivano otto anni, ma Bartolommeo Inglese dice di più.

TUrtur *in* Columbaceo *genere ultimo loco ponitur. Tres aut quatuor earum in Hispaniola observatae fuerunt species. Nullibi fere non visuntur, rarius alicubi vel frequentius.*

In' frigidioribus locis candidae abundant; ex Alexandria diversi adferuntur a nostratibus coloris. In Aethiopia tanto numero per aëra volare traduntur, ut nebulas repraesentent, & Solis radios impediant. Apud Tartaros quia in cibis prohibitae abundant. Morantur fere semper vel in montium iugis, vel Ulmi, & aliarum arborum cacuminibus. Hieme vel latent, vel tepidiora loca petunt, unde Plinio trimestres dictae, quia totidem mensibus nobiscum in nonnullis Provinciis agant.

Vescuntur frugibus, glandibus, & olivis, sed milio maxime delectantur. Si novella sint aetate adeo pinguescunt, ut pinguedine etiam suffocatae intereant. Columella & Scaliger in Theophrastum docent ipsas hieme offa panis vino madefacta plurimum pinguescere. Octo annis vivere tradiderat Aristoteles, multo pluribus Bartholomaeus Anglicus.

4. TORTORA bianca. -- *Turtur candidus.* -- Varietas tantum superioris, de qua superius vide sub T. CCXXXIX.
5. TORTORA mista o bastarda. -- *Turtur mixtus, sive hybridus.* -- *Varietas sub Tab. CCLXXXVII. indicatae, quam vide.*
6. TORTORA Portughese, o di Portogallo. -- *Turtur Lusitanus* Briss. T. 1. pag. 98. -- *Turtur Portugallensis* Alb. & Klein. -- *Crassitie Turturem nostratem paullulum superat; per universum corpus saturate fuscus; macula utrinque in collo ex albo & nigro variegata; rectricibus intermediis saturate cinereis, apice albis, lateralibus exterius, & apice albis, interius saturate cinereis; oculorum iride crocea; rostro & unguibus nigris; pedibus rubris.*
7. TORTORA d' America. -- *Turtur Americanus* Briss. T. 1. pag. 101. sp. 13. -- *Eadem est Avis cum Columba num.* 34. *quam vide, vel saltem colore superius obscure fusco variat.*
8. TORTORA macchiata a striscie della China. -- *Turtur Sinensis striatus* Briss. T. ibid. pag. 107. sp. 16. -- *Columba* Sinica *rectricibus, dorsoque fuscis, abdomine sanguineo, alis flavis; remigibus nigris* Linn. Syst. Nat. sp. 17. -- *Columba Annensis* Alb. -- *Columba Sinensis elegans* Klein. -- *Turturem torquatam sive In-*

Indicam craſſitie circiter aequat ; ſuperne fuſcus taeniis tranſverſis arcuatis nigris ſtriatus , inferne pallide roſeus , tectricibus alarum maioribus intermediis albis , remigibus nigris , oris exterioribus albis ; oculorum iridibus albis ; roſtro cinereo caeruleo ; pedibus rubris , unguibus albis .

9. TORTORA macchiata a ſtriſce Indiana . -- *Turtur Indicus ſtriatus* Briſs. ibid. pag. 109. ſp. 17. -- *Columba fuſca , undulis obſcurioribus tranſverſis notata* Edw. -- *Antecedente minor eſt , roſtro corneo ; membrana nares cooperiente dilute caeruleſcente ; pedibus pallide rubris , unguibus fuſcis . In reliquis vix ab eodem differt .*

10. TORTORA della Carolina . -- *Turtur Carolinienſis* Briſs. ibid. pag. 110. ſp. 18. cum optima icone . -- *Columba Turtur Carolinienſis* Klein. & Catesb. -- *Picacuroba Piſonis* Marcgr. Willugh. & Ionſt. , -- *Turturi noſtrati craſſitie vix cedit ; ſuperne fuſco-cinereus , paullulum rufo admixto , inferne rufeſcens ; cauda longiſſima acuta ; remigibus cinereo nigricantibus , oris exterioribus maiorum albidis ; oculorum iridibus nigris ; roſtro nigricante ; pedibus rubris , unguibus nigris . Foemina a mare differt in eo quod verſus pectus violaceo-auro ſplendenti , ſicut mas , non perluſtretur . Habitat in Carolina , Braſilia , & Inſula Dominicopoli.*

11 TORTORA piccola d' America -- *Turtur parvus Americanus* Briſs. T. 1. pag. 113. ſp. 19. cum accuratiſſima icone -- *Columba ſubfuſca minima , maculis nigris & ferrugineis aſperſa* Brown. -- *Columba ſylveſtris minima Braſilienſis* Willugh. & Raii . -- *Columbus minimus* Klein. -- *Turtur minimus alis maculoſis* Raii . -- *Turtur minimus guttatus* Sloan. -- *Turtur Indicus , ſeu Cocotzin* Nieremb. Willugh. & Raii . -- *Turtur Barbadenſis minimus* Willugh. & Raii -- *Picuipinima* Piſon. Marcgr. -- *Turtur parvus maculatus* Catesb. -- *Picuipinima Braſilienſibus* Marcgr. & Ionſt. -- *Columba* Paslerina *rectricibus remigibuſque obſcurioribus , corpore purpuraſcente , roſtro pedibuſque flavis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 22. -- *Avis forma & colorum ſymmetria ab expoſitis Auctorum ſynonimis facile intelligitur . Foemina diſcrepat colore in pectore & colli parte inferiore vinaceo dilutiore , & ad albidum potius vergente ,*

12. TORTORA piccola d' America di color bruno .. *Turtur parvus fuſcus Americanus* Briſs. T. ibid. pag. 116. ſp. 29. cum optima icone . -- *Cocotzin aliud genus* Fernand. & Willugh. . -- *Turtur ſpecie hac minor nunquam obſervatus fuit . -- Superne fuſcus eſt , inferne ſordide albus ad rufum inclinans ; pedibus rubris ; roſtro , unguibuſque fuſcis . In Inſula Dominicopoli praeſertim habitat .*

13. TORTORA del Canadà . -- *Turtur Canadenſis* Briſs. T. ibid. pag. 118. ſp. 21. -- *Turturem noſtratem craſſitie paullulum ſuperat ; ſuperne griſeo-fuſcus , inferne ſordide albus ; remigibus fuſcis , oris exterioribus maiorum flavicantibus ; rectricibus cinereis ; roſtro nigricante ; pedibus rubris , unguibus nigris . Foemina differt pennis collum , caput , pectus , partemque dorſi ſuperiorem tegentibus , ſordide albo-flavicante terminatis .*

14. TORTORA del Capo di Buona Speranza . -- *Turtur Capitis Bonae Spei* Briſs. T. 1. pag. 129. cum optima icone . -- *Alaudam criſtatam craſſitie non multum ſuperat ; ſuperne griſeo-fuſcus , inferne ſordide albus ; cauda longiſſima acuta ; remigibus maioribus interius rufis , rectricibus ſubtus nigris ; roſtro pedibuſque rubris , unguibus fuſcis . Mas a foemina differt gutture , & parte colli inferiore ſplendide nigris , & rectricibus alarum maioribus nigricante terminatis .*

15. TORTORA del Senegal -- *Turtur Senegalenſis* Briſs. T. 1. pag. 122. ſp. 23. cum optima icone . -- *Merulae craſſitie cedit ; ſuperne griſeo-fuſcus , inferne ſordide albus ; remigibus omnibus interius rufis ; rectricibus ſubtus nigris ; roſtro pedibuſque rubentibus , unguibus ad fuſcum inclinantibus .*

16. TORTORA col collare del Senegal -- *Turtur torquatus Senegalenſis* Briſs. T. eod. pag. 124. ſp. 24. cum icone pariter optima . -- *Merulae craſſitie eſt , ſuperius griſeo-fuſcus , inferne ſordide albus , remigibus fuſcis , oris exterioribus ſordide albicantibus , collo ſuperiore torque nigro cincto ; roſtro nigricante pedibus rubentibus , unguibus fuſcentibus .*

17. TORTORA del Senegal colla gola macchiata . *Turtur gutture maculato Senegalenſis* Briſs. T. eod. pag. 125. ſp. 25. cum icone accuratiſsima . -- *Superiorem craſſitie adaequat , ſuperne fuſco rufeſcens , inferne albus collo inferiore nigro maculato .*

18. TORTORA d' Amboina . -- *Turtur Amboinenſis* Briſs. T. eod. pag. 127. ſp. 26. cum optima pariter icone . -- *Turturem noſtratem craſſitie circiter adaequat ; colore rufo , cauda longiſſima , pennis collum & pectus tegentibus nigricante tranſverſim ſtriatis , remigibus fuſcis ; rectricibus fuſco-rufeſcentibus , roſtro pedibuſque rubentibus , unguibus fuſceſcentibus . Foemina colore tantum dilutiore a mare diſcrepat ,*

T. CCXC. B. - 8. -

TORDO comune • mezzano volgarmente detto Tordo Bottaccio; in Lombardia Tordo Viſcada; nelle Alpi Zicchio . — *Turdus ſimpliciter dictus* Aldrov. *ſeu viſcivorus minor* Willugh. — *Turdus Pilaris* nobis - — *Turdus viſcivorus minor* Geſn: — *Turdus viſcivorus minor , ſeu ſimpliciter dictus* Raii . — *Turdus minor alter , quem Itali Turdum ſimpliciter vocitant* Geſn. — *Turdus muſicus* Schwenck. — *Turdus minimus noſtras* Klein. — *Turdus Pilaris* quorumdam . — *Turdus* Iliacus *alis ſubtus flaveſcentibus , rectricibus tribus lateralibus apice utrinque albis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 3. — *Turdus minor* Briſs. T. 1. pag. 205. ſp. 2. — Gall. *La petite Grive . Mauvis , ou Grive ordinaire* - — Angl. *Throſtle , Thruſh , Song-Thruſh , Mavis ,*

QUeſto è anche ſtato detto *Tordo noſtrale* ; perchè ne' noſtri luoghi freddi e montuoſi

TUrdus noſtras *etiam dictus hic fuit , quia apud nos per totam etiam Aeſtatem in mon-*

ſi

tuo-

si trattiene ancora per tutta l' Estate. *Viscivoro*, perchè si cibi di bacche di Visco, ma perchè è molto simile al *Viscivoro* nominato nella Tav. CCXCIV.

Dimora ancora nell' Inghilterra per tutto l' anno, e vi fa il nido, e questo lo suol fare sopra i Carpini, e i Faggi, e lo compone esternamente di musco, e cespugli, internamente poi di fango, ed in quello partorisce l' uova in numero al più di cinque in una sol volta, di color verdetto con fitte macchie scure, e altre minori di color sanguigno.

Canta egregiamente, ma per altro è stolido, e facilissimo a lasciarsi prendere. E' molto solitario, come appunto il *Viscivoro* nominato alla Tav. CCXCIV.

Tra tutti gli uccelli, che si mangiano secondo alcuni è stimato il migliore, e fra tutti i *Tordi* poi questa specie è certamente la più delicata,

tuosis & frigidis locis moratur. Viscivorus *insuper dictus non quod Visci baccas proprie devoret, sed quod* Viscivoro *Tab. CCXCIV. similis sit.*

In Anglia etiam per totum annum manet & nidificat. Nidum ponit supra Ortryas, & Fagos plerumque, illumque exterius e musco & festucis construit, interius vero luto oblinit, atque in illo ova parit numero ad summum quinque una vice, ex caeruleo viridia maculis crebris fuscis, nonnullisque aliis interspersis sanguineis punctata.

Egregie cantat, verum stolidus est & facile capitur. Solitarius est, ut Viscivorus *maior Tab. CCXCIV.*

Carnis sapore inter alias species commendabilis est, cuius gratia in toto Avium genere, multorum arbitrio, principatum obtinet.

T. CCXCI. B. - 7. 4.

TORDO scherzoso biondo. — *Turdus flavescens, vel potius rufescens, naturae lusus* Gerin. Ornith. 238.

SEmplice varietà dell' antecedente. Trovasi ancora con il capo quasi tutto bianco, del quale se ne parlerà al num. 18. e con una specie di ciuffo descritto al num. 19.

SUperioris tantum varietas. Variat etiam capite albo sub num. 18. descriptus, & capite cristato, cuius mentio sub num. 19.

T. CCXCII. B. - 7. 5.

TORDO bianco, semplice varietà, o scherzo anche questo di natura. — *Turdus albus* Gesn. Klein. & Frisch. — *Turdus Viscivori minoris, vel maioris simplex varietas, sive naturae lusus.* — *An Turdus candidus* Briss. T. 2. pag. 204. — Gall. *La Grive blanche.*

IL colore di questo è molto chiaro, e quasi bianco. Ha il petto macchiato come il *Tordo* comune, ma con macchie più rade, e più smorte,

I caratteri che determinano questo genere di Uccelli sono: una grandezza media fra il *Piccione* e l' *Allodola*: quattro diti, tre d' avanti e uno di dietro, e tutti fino alla loro origine bene staccati: le gambe vestite di penne fino al calcagno: il becco dritto, convesso superiormente, e tanto grosso, che largo nella sua base: l' orlo della mandibula superiore verso la cima smarginata: la stessa cima della mandibula superiore quasi dritta.

Si avverta che negli Uccelli si dice propriamente calcagno da' Naturalisti quello, che dalla maggior parte delle persone di altra sfera si chiama ginocchio.

COlore multo dilutiore est ac fere candido. Pectus ut vulgaris habet maculis variegatum, sed rarioribus ac dilutioribus.

Notae harum Avium, scilicet Turdini *generis sunt: magnitudo inter* Columbas & Alaudas *media: digiti quatuor membranis destituti, tres antici, posticus unus, omnesque circiter usque ad exortum discreti: crura ad calcaneum usque plumosa: rostrum rectum, superne convexum, basis crassitie latitudinem aequante: mandibula superior apice utrinque emarginata: apex mandibulae superioris subrectus.*

Notandum est, quod in Avibus calcaneum a Naturalis Historiae peritis ea dicatur articulatio, sive pars, quae ab aliis plerumque genu appellatur.

T. CCXCIII. T. - 7. 2.

TORDO minore, volgarmente Tordo Saſſello, e in Lombardia Malvizzo. — *Turdus minor, quem Illadem, aut Tyladem cognominant* Geſn. — *Turdus Iliacus* nobis. — *Turdus mas, ſive Tylas* Aldrov. — *Winſela* etiam Geſn. — *Turdela ſylveſtris; Turdela montana; Turdus minor* Schwenckfeldii Rzac. — *Turdus Iliacus* Bell. & Briſs. T. v. pag. 208. ſp. 3. — *Turdus Iliacus, ſive Illas aut Tylas* Willugh., Raii & Sibbald. — *Turdus minimus noſtras* Friſch. & Klein. — *Turdus cinereus, roſtro nigro, alis ſubtus rubris* Barr. Ornith. — *Turdus* muſicus *alis ſubtus ferrugineis, linea ſuperciliorum albicante* Linn. Syſt. Nat. ſp. 4. — Gall. *Le Mauvis; Grivette; Touret; Grive de vigne; Grive rougeaile.* — Angl. *Wind-Thrush; Red-Wing; Swin-Pipe.*

E' Meno macchiato, che il *Tordo Viſcivoro*. Per di ſotto poi è quaſi conſimile nel colore al *Tordo* detto così ſemplicemente. Le penne poi dell' ale al diſotto, come ancora nelle parti ſono roſſeggianti. Sopra gli occhi ha una lunga macchia o ſtriſcia tra il giallo, e il bianco, che gli arriva dagli occhi fino al di dietro del capo, e da queſti ſegni facilmente ſi diſtingue dalle altre ſpecie.

Ne' noſtri paeſi appariſce ſul finire del meſe d' Ottobre, quando cioè cominciano a mancare ancora l' altre ſpecie di *Tordi*. Abita molto nelle ſelve, e nel meſe di Marzo ſpariſce. Il Willughby oſſervò, che nel ventricolo di queſto animale vi erano vari inſetti, e fra gli altri delle Lumache, e de' Millepiedi.

Dove vadano, e dove facciano il loro nido a noi è ignoto, forſe ne' luoghi montuoſi della Boemia, e dell' Ungheria, come fu riferito al Geſnero. La loro carne tende all' amaro, e perciò non viene ſtimata molto ne' cibi. Riferiſce il Bellonio averli ſentiti nominare da' Tedeſchi *Tordi delle Vigne*, cibandoſi eſſi dell' uva, e apportando molto danno alle viti.

MInus maculoſus eſt quam Turdus Viſcivorus. *Supremae partis colore cum* Turdo *ſimpliciter dicto omnino convenit. Quae alas ſubtus veſtiunt plumae, ut & latera ſub ipſis alis rufeſcunt, Supra oculos longa eſt macula, ſeu litura ex flavo alba, ab oculis ad occiput producta, quibus notis ab aliis ſpeciebus maxime diſtinguitur.*

Noſtris in locis apparet exeunte Octobri menſe, cum ſcilicet aliae Turdorum *ſpecies deficere incipiunt. Sylvas frequentat, ac Martio menſe diſcedit. Horum ventriculos diſſecuit Willughbeius, & in iis varia diverſi generis inſecta, Limaces, verbi gratia, Iulos &c invenit.*

Quo abeant, & ubi nidificent nobis nondum conſtat; forte in locis Bobemiae, aut Hungariae montoſis, ut Geſnerus ſe audiviſſe tradit. Caro eorum ad amaritudinem vergit, ideoque minus in cibis accepta. Bellonius refert a Germanis nonnullis Vinearum Turdos *appellatos eſſe, cum uvis paſcantur, & vineis multum damni inferant.*

In ſylvis Pruſſiae habitat Kleinii teſtimonio, ac tempore Veris egregie cantillat, quae Turdus muſicus *ab aliquibus appellatus eſt.*

Per quanto atteſta il Klein dimora queſta ſpecie nelle ſelve della Pruſſia, e in Primavera canta egregiamente, e per queſto da alcuni è ſtato chiamato *Tordo muſico*.

T. CCXCIV. B. - 10. -

TORDO maggiore, altrimenti detto Tordela, e Tordella, in Lombardia Raglione, e in Ravenna Tordaccio. — *Turdus Viſcivorus, vel maior, Turdela quibuſdam recentioribus* Geſn. — *Turdus Viſcivorus* Geſn. Aldrov. Ionſt. Charlet. Bell. & Sibbald. — *Turdus Viſcivorus maior* Willugh. & Raii. — *Turdus maior* Briſs. T. 2. pag. 220. ſp. 1. — *Turdus Viſcivorus maximus* Klein. & Friſch. — *Turdus maximus* Schwenck. — *Turdus maximus, ſeu Turdus Viſcivorus maior* Aldrov. & Ionſt. — *Turdela Iſidori* Rzac. Auct. — *Turdus maior & Viſcivorus* Geſn. — *Turdus baccivorus* aliis, Rzac., Hiſt. — *Turdus* viſcivorus *dorſo fuſco, collo maculis albis, roſtro flaveſcente* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. — Gall. *La groſſe Grive, qu' on nomme autrement a Paris Calandre; La grande Grive; Siſerre.* — Angl. *Shrite, or Miſſel-Bird.*

COmpariſce nel meſe di Novembre, ma non ci ſi ferma. Nel meſe di Marzo poi ſi rivede di paſſaggio; per altro s' oſserva che in qualche tempo appreſso noi la ſpecie di queſto animale in alcuni monti vi for-

NOvembri menſe advenit, ultroque progreditur; menſe autem Martio iterum obſervatur ad alias regiones tranſiens. Nihilominus nonnullo tempore huius ſpeciei aliquis apud nos in montibus obſervatur, atque nidificat.

I:

forma il ſuo nido. In Inghilterra al riferire del Willughby vi rimane per tutto l'anno, e vi fa anche il nido. Scrive il Bellonio, che ei forma il ſuo nido con molta induſtria, quale è compoſto di radiche d'erbe, di ſtecchi e fango uniti inſieme, e per lo più lo fabbrica ſopra i Carpini, ed i Cerri; più d'una volta nell'anno partoriſce cinque uova di guſcio ſottiliſſimo, e verdette aſperſe di macchie rotonde violacee, e foſche.

Ariſtotele narra, che non ſi cibano ſe non che di ragia, e di viſco; è manifeſto però, che ſi cibano ancora di coccole, e di frutti, e principalmente di Ginepro, di Lentiſco, d'Agrifoglio, e di Ruiſtico. Mangiano volentieri l'uva. Si rilevano, e allora mangiano qualche altra coſa, come pane, cacio ecc.

In Anglia pariter, referente Willughbeio, per totum annum manet, atque nidificat. Nidum maxima induſtria eum conficere ſcribit Bellonius, quem Herbarum radiculis & ſtipulis, lutoque adglutinatis componit, illumque ſupra Oxtryas & Cerros figit, & ova circiter quinque pluries in anno deponit cortice tenuiſſimo dilute virideſcentia, maculis rotundis violaceis ac fuſeis adſperſa.

Ariſtoteles niſi viſco & reſina veſci ſcripſerat; conſtat tamen & alias baccas arborum, fruticumque devorare, atque in primis Iuniperi, Lentiſci, Agrifolii, & Liguſtri. Uvis quoque delectatur. Cicuratur, & tunc omni ciborum genere nutritur, pane nempe, caſeo &c.

T. CCXCV. B. – 15. –

TORDO dell' antecedente ſpecie, detto volgarmente Tordela Gazzina; forſe la Viſcana de' Lombardi. — *Turdi Viſcivori maioris alia ſpecies, ſive varietas. — an Turdus ſimpliciter dictus mediae magnitudinis?* Geſn. — *Turdus Pilaris* Aldrov. Bell. Willugh. & Sibald. — *Turdus Pilaris Gazae; Turdus mediae magnitudinis* Geſneri; *Turdela Iſidoro: Quiſcule Gelenio* Rzac. — *Turdus Pilaris* Aldrovandi; *Gazae* Geſneri; *Turdus medius* Schwenckfeldii Rzac. — *Turdus medius* Schwenck. *Turdus medius pedibus nigris* Friſch. — *an Turdus* Pilaris *rectricibus nigris, extimis margine interiore apice albicantibus, capite uropygioque cavis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 2. — *Turdus Pilaris, ſive Turdela* Briſſ. T. 2, pag. 204. ſp. 5. — Gall. *La Litorne, ou Tordelle.* — Angl. *Fieldfare; Feldefare*

QUeſti *Tordi* non ſi vedono in Toſcana ogn'anno, ma bensì ogni tanto, e particolarmente in certe freddiſſime invernate, e allora ci vengono a branchi dopo che ſono paſſate tutte le altre ſpecie, vale a dire nel Dicembre, e poi rivedonſi nel Marzo, quando abbandonano i noſtri luoghi, per paſſare altrove.

HUius ſpeciei Turdi *in Hetruria non quotannis obſervantur, ſed aliquando, annis praecipue frigidiſſimis, in quibus turmatim adveniunt poſt alias omnes ſpecies, ſcilicet Decembri menſe; iterumque Martio cum ad alias regiones migrant per noſtras terras tranſeunt, atque in conſpectum nobis offeruntur.*

T. CCXCVI. B. – 7. –

TORDO, o Merla ſaſſatile, detta volgarmente Codiroſſo maggiore, e Tordo marino. — *Turdus ſive Merula ſaxatilis* Klein. — *Ruticilla maior* Olin. — *Merula ſaxatilis* Charl. — *Merula ſaxatilis* Aldrov. Willugh. & Raii. — *Rubecula, vel potius Merula ſaxatilis* Geſn. — *Merula ſaxatilis* Briſſ. T. 2. pag. 238. ſp. 13. — *Corvus infauſtus, dorſo cinereo, rectricibus rufis, intermediis duabus cinereis faſcia nigricante* Linn. Syſt. Nat. ſp. 12. — Gall. *Le Merle de Roche; Grande rouge-queve.* — Angl. *Greater Red Start*,

IN queſt'Uccello il capo, la gola, e il collo ſono di un color cenerino carico, o cenerino bruno, miſchiato di piccole macchie roſſicce, i quali colori non ſi rilevano bene dalla data figura.

La femmina è di colore cenerino più chiaro ſpruzzata di macchie bianche per di ſopra, e più sbiancata di ſotto: generalmente quelle parti, che ne' maſchi roſſeggiano, nelle femmine ſono di un giallo chiaro.

IN hac Ave caput, guttur & collum ſaturate cinerea, aut cinereo-nigricantia ſunt, minutis maculis rufeſcentibus variegata, qui pennarum colores non bene a tradita figura demonſtrantur.

Foemina coloris eſt cinerei dilutioris, ſupine albis maculis varii, prona autem facie caneſcit magis; quae tandem maribus fulvae partes ſunt, foeminis pallide luteſcunt.

Ama

Mon-

Ama il monte e i luoghi freſchi. Non è raro appreſso di noi, e ci cova ancora; ſi vede per tutta l' Eſtate, e i primi due meſi dell' Autunno, non ſoffrendo il freddo dell' Inverno, almeno de' noſtri paeſi. Nella Primavera canta come il *Roſignuolo*; cova nelle buche degli alberi, o de' muri, facendo due, o tre uova. Si ciba di coccole diverſe, ſpecialmente di Sanguine, e Corniolo ſalvatico femmina, di Fichi, di More, di Moſche, e d'uova di Formiche. Allorchè la femmina ha depoſte le uova non canta altrimenti, e ne' tempi che canta ciò ella fa ſoltanto nelle prime ore del giorno, e ſulle alture de' monti, o delle fabbriche deſolate ſul fare appunto della *Paſſera ſolitaria*. Il maſchio poi canta meglio, e per queſto alcuni fra i noſtri coſtumano tenerlo in gabbia. Canta anche meglio inſtruito che ſia, e ſuol con la ſua voce o fiſchio contraffare quaſi gli Uccelli tutti quanti, e non canta ſoltanto di giorno, ma di notte ancora. Per cantare ſoavemente è apprezzato di vantaggio il maggiore, Si prende tanto a' lacci, che con le reti. Suol campare da' ſei agli otto anni.

Montes & frigida amat loca. Non infrequens eſt apud nos, nidificatque. Aeſtate, atque primis duobus Autumni menſibus conſpicitur, Novembri autem diſcedit, & Hibernam tempeſtatem noſtrarum ſaltem regionum odit. Vere ut Luſcinia *cantat; in cavis arboribus vel murorum anfractibus nidificat, quibus in locis ova duo vel tria deponit. Veſcitur baccis diverſis, praeſertim Coryli ſylveſtris foeminae, Ficubus, Rubi fructibus, Muſcis, & Formicarum ovis. Cum foemina pepererit muta fit, dum vero canora eſt, primis matutinis horis ſupra editos Montium ſcopulos, vel ſupra inhoſpita aedificia, non ſecus ac* Paſſer ſolitarius, *canit. Mas vero melius cantat, illumque potius in caveis alere ſolent noſtri. Edoctus melius etiam canit, omneſque alias Aves cantilena, vel ſibilo aemulatur, & non tantum de die, ſed per noctem ſuum edit concentum. Maior etiam pluris quam minor pro modulanda voce aeſtimatur. Retibus & laqueis aeque capitur, Sex vel octo annos plerumque vivit.*

T. CCXCVII. B. — 6. 2.

TORDO faſſatile univerſalmente variegato, e preſſo la coda molto roſſeggiante, forſe altra ſpecie di Codiroſſo maggiore. — *Turdus ſaxatilis univerſim variegatus, prope caudam vero ſaturate rufeſcens; an dicendus Turdus Ruticilla, vel Turdus Phoenicurus?* — *Turdus ſaxatilis* Gerin. Ornith. n. 41.

QUeſt' Uccello non è comune in Toſcana, tuttavia ci ſi vede, e non ſembra la femmina della ſpecie antecedente, ma una ſpecie diſtinta,

NOn obvia in Hetruria eſt Avis, aliquando tamen obſervatur, & non foemina ſuperioris, ſed diſtincta ſpecies videtur.

T. CCXCVIII. B. — 7. 1. ½

TORDO d' America detto Uccello di molte voci, o lingue. — *Turdus Americanus, Avis polyglotta dictus.* — *Turdus dorſo fuſco, pectore & rectricibus exterioribus albis, alis faſcia tranſverſali alba notatis* Brown. — *Polyglotta* Charlet. — *Avis Polyglotta* Nieremb. Ionſt. & Willugh. — *Sylvia inferne ex albo cinerea, ſuperne ex terreo colore cineraſcens, genis albis, alis fuſco, & albo variis, roſtro pedibuſque nigricantibus* Klein. — *Turdus cinereus minor* Edw. — *Cencontlatotli, id eſt quadringentae linguae; Avis polyglotta* Raii. — *Mimus* Briſs. T. 2. pag. 262. ſp. 27. — *Turdus* Orpheus *dorſo fuſco, pectore rectricibuſque lateralibus albidis, alis faſcia alba* Linn. Syſt. Nat. ſp. 8. — Gall. *Le Moqueur, ou le petit Mocqueur.* — Angl. *Mock-Brid; or Nightingale.*

VEddi ed oſſervai con meraviglia, dice il Willughby, a Madrid un uccelletto ſtato d' altronde portato, che potea dirſi il Re della muſica, e padrone di cantare in qualunque maniera. Si tiene nelle gabbie per diletto dell' orecchio, e per maraviglia della natura. Vince qualunque ſpecie d' Uccello per la ſoavità, e per la facilità di cantare. Contraffà, e ſupera tutti. Si ſtima molto al di ſopra dell' *Uſignuolo*: mangia di tutto: ama i paeſi caldi, e ſopporta i temperati.

INquit Willughbeius: vidi, audivi, miratus ſum Aviculam Matritum allatam totius melodiae Reginam, cuiuſcumque vocis arbitram. In caveis ob blanditias auditus, ad oſtentum, & miraculum naturae aſſervatur. Vincit omnes Aves ſuavitate, & arbitrio gutturis, nullas non imitatur, nullas non ſuperat, Philomenae longiſſime praeſtat; contenta eſt quovis cibo; calidas amat regiones, ſed temperatas tolerat.

Huic

Si dice eſſer molto ſimile a queſto un altro chiamato dagl' Indiani *Tzaupon*, e che da noi ſarà citato ſotto il num. 37. il quale è creduto la femmina della ſpecie medeſima, eſsendo eguale in grandezza, nella forma, e per la maniera di cantare; ſe non che le penne di queſto ſono inferiormente bianche cenerine, e nere, e nel di ſopra tanè, nere, e bianche. Trovaſi nella Giammaica, e nella nuova Spagna.

Huic ſimilis eſt alia ab Indis Tzaupon *nuncupata, quae ſub num. 37. deſcribetur, & aliqui huius ſpeciei foeminam eſſe ſuſpicantur, cum par ſit magnitudine, cantu, & forma, niſi quod plumae inferne albae ſint cinereae, & nigrae, ſuperne autem pullae, nigrae, & albae. Habitat in Iamaica, & in nova Hiſpania.*

T. CCXCIX. B. -- 9. 1. 1.

MERLO comune, o Merlo maſchio, — *Merula vulgaris mas*, — *Merula nigra* Schwenck & Bell. — *Merula vulgaris* Willugh. Raii & Sibbald. — *Turdus in toto corpore niger, roſtro flavo; Merula* Briſs. T. 2. pag. 127. ſp. 10. — *Turdus* Merula *ater, roſtro palpebriſque fulvis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 12. — Gall. *Le Merle; ou Merle noir*, — Angl. *Black-Bird; Black-Oſel; Black-Ouſle*,

IN queſto genere i maſchi cantano molto bene, e imitano facilmente la voce umana. Siccome le *Merle* convengono infinitamente ne' caratteri con i *Tordi*, perciò furono riunite da diverſi Autori in un genere ſolo. Egualmente come i *Tordi* ſono buone a mangiarſi, anzi vi ſono alcuni che le preferiſcono a' *Tordi*, quantunque in fatti ſieno queſti di quelle migliori.

MAres in hoc genere admodum ſunt canori, & humanum ſermonem facile imitantur. Merularum *genus, quia cum* Turdis *in omnibus ferme convenit, iis quamplures Auctores coniunxerunt. In cibo etiam non minus quam illi ab aliquibus commendantur, quin ſunt qui* Merulas *praeferant, quamvis revera praeferendae non ſint,*

T. CCC. B. -- 8. 2.

MERLA comune, o Merlo femmina. — *Merula vulgaris foemina.* — *Turdus fuſcus, pectore fuſco ruſeſcente, gutture griſeo, fuſco & ruſcſcente vario, ſive foemina* Briſs. ibid.

LA *Merla* teſſe il nido con ſomma arte al di fuori di ſterpi e fuſti d'erbe ſecche, e di radichette unite inſieme col fango, e al di dentro lo ſoppanna di robe ſecche e minute ſciolte, come di fieno, peli, e ſimili coſe, ſopra le quali devono poſare le uova, e queſto perchè eſsendo di guſcio molto fine non ſi abbiano a rompere, e perchè i piccoli *Merli* appena nati più morvidamente vi riposino. Genera da tre fino a cinque uova, più volte all' anno, cioè fino alla terza volta, e queſte ſono di un color verde chiaro, e mirabilmente variegate di linee, e ſpruzzi ſcuri.

MErula *nidum exterius ex muſco, ſurculis, ramuliſque exilibus & fibroſis radiculis, luto, quod glutinis loco eſt, connexis ſumma arte conſtruit, intus etiam luto oblinit, non tamen in nudo luto ova ponit ut* Turdus, *ſed quiſquilias, culmos, pilos, aliamve materiam molliorem luto ſuperinducit, & ovis ſubſternit, ne ipſa frangantur, cum exiliſſimo cortice praedita ſint, & ut pulli mollius cubent. Ova ponit tria, aut quinque, pluries in anno, nempe ad tertiam uſque vicem, quae ſubcaerulea, ſive viridescentia ſunt, mirifice ductibus & maculis fuſcis variegata.*

T. CCCI. B. -- 9. --

MERLA falba, o bionda. — *Merula flaveſcens, ſive ex flaveſcente & ruſeſcente mixta, inferne Turdorum norma maculata.*

DIce l' Alberto, che la *Merla* ſi trattiene nelle macchie folte, negli ſpineti, e nelle buche o ſquarci de' maſsi, Non ſempre le *Merle* cantano, eſsendo Uccelli che mutano voce; anzi Ariſtotele dice, che per un tempo

MErula, *inquit Albertus, verſatur in locis denſis conſitis arboribus, in ſpinetis, & in fixuris lapidum.* Merulae *non ſemper cantant, ſunt enim ex genere earum Avium, quae vocem mutant: imo muteſcere* Merulas *tradit Ari-*

po si fanno mute. Cantano in Estate, e in Inverno solamente schiamazzano, e di nuovo tornano a cantare in Primavera, e tenute in gabbia con facilità imitano nel cantare la voce dell' uomo.

Filostrato racconta di un giovane che aveva ammaestrato un *Merlo* a discorrere in qualche maniera come noi. Si dice che in ciò riesca anche il *Tordo*; lo Scaligero c' informa che tanto il *Merlo*, quanto il *Tordo* discorrino a forma degli uomini. L' uno e l' altro, egualmente che il *Pappagallo*, esprime le consonanti, quantunque non abbiano il becco, e la lingua tanto adattata. Nel *Pappagallo* il becco è torto molto e largo, e larghissima pure è la lingua, a similitudine di quella degli uomini; in questi poi il becco è diritto e stretto, e stretta pure la lingua, e perciò difficilmente o quasi mai non possono esprimere le tre seguenti lettere *d*, *t*, *r*, le quali sono maravigliosamente espresse dal *Pappagallo*.

Aristoteles: Canunt enim Aestate, per Hiemem vero obstrepunt & tumultuantem edunt vocem, & cantare iterum incipiunt primo Vere, & in caveis detentae & edoctae humanum sermonem facile imitantur.

Philostratus de quodam adolescente prodidit, quod Merulas *docuerit humanum sermonem imitari. Ad hoc* Turdum *pariter aptum esse asseritur; atque Iulius Scaliger auctor est* Merulam *ac* Turdum *tanquam e modulis sermocinari. Uterque vero, aeque ac* Psittacus, *verba format consona, licet & rostrum & linguam eis formandis minus habeant idoneam.* Psittaco *enim rostrum aduncum & latum, lingua latissima & humanae fere similis est; bis vero rostrum rectum & angustum, ac lingua stricta, quare tria haec elementa* d, t, r, *raro aut fere nunquam exprimunt, quae a* Psittaco *optime aliquando proferuntur.*

T. CCCII. B. -- 9. --

MERLO in gran parte bianco. — *Merula mas pene alba; sive albo & nigro colore varia* Willugh. — *Merula varia* Schwenck. & Briss T. 2. pag. 231. — *Merula alba & nigra* Aldrov. — *Turdus niger* Klein. — Gall. *Le Merle varié*. — Angl. *Pied Black-Bird.*

SI deve reputare una semplice varietà del comune, nata per accidente, come accade nel *Corvo*, nella *Cornacchia*, e in altri molti Uccelli. Un simil *Merlo* è descritto dal Willughby, da esso veduto a Roma in mano di un venditore di Uccelli. Tanto questa varietà, che l' altra tutta bianca, che si rappresenta dalla Tavola che segue, alcuna volta si trova nelle Alpi, negli Appennini, e in altre altissime montagne. Trovasene anche un' altra specie nera con le ale macchiate di bianco, e il capo tutto bianco con tre macchie nere dietro gli occhi, la quale tanto dall' Aldrovando, che dal Brisson si dice *Merla col capo bianco*.

Varietas tantum vulgaris censenda est, & hoc ex accidenti, ut in Corvo, Cornice, *aliisque pluribus Avibus evenit. Huiusmodi unam, quam describit, observaverat Romae Willughbeius apud Ornithopolam. Varietas haec, prout tota illa alba, quae sub Tabula sequenti depingitur, aliquando observatur in Alpibus, in Apennino, aliisque montibus excelsis. Alia occurrit quoque varietas toto corpore, nigro remigibus ex albo maculatis, capite candido, maculis tribus nigris post oculos, quae ab Aldrovando, & Brissonio dicitur* Merula leucocephalos.

T. CCCIII. B. -- 9. 1, 1/2

MERLO bianco. — *Merula candida* Aldrov. Schwenck. Charlet. & Briss. ibid. pag. 232. — *Merula candida tota* Ionst. — *Merula* Bellon. — *Merula colore albo* Willugh. — Gall. *Le Merle blanch.*

IN alcune *Merle* bianche della suddetta foggia si vede il becco rosso; non ostante non si devono reputare di specie diversa dalla nera, o volgare. Vogliono che quest' Uccello sia stato nominato *Merla*, perchè non vola in compagnia di altre, ma sola.

Dice Oppiano, che le *Merle* godono di stare ne' boschetti dove sieno Mortelle, Lauri,

Quibusdam Merulis *huiusmodi albis rostrum rutilum est, tamen a nigra vel vulgari specie omnes diversae censendae neutiquam sunt.* Merulam *hanc Avem dictam esse volunt, quod* Mera, *idest, ab aliis sei uncta volitet.*

Referente Oppiano Myrtis, Lauro & Cypariſso consitis nemoribus Merulae *delectantur,*

ut

ri, e Cipreſſi, mangiando eſſe avidamente le bacche di queſti Alberi. Tenute in gabbia mangiano anche la carne. Appreſſo di noi ſi nutriſcono più comunemente di Sorbe, di ſemi di Orno, e di coccole di Sambuco. Mangiano anche finalmente i Lombrichi, e le Cavallette.

S' ingraſſano nelle gabbie come i *Tordi*, e in queſto ſi devon ſeguitare gli Autori antichi, i quali in ſimili coſe per ragione di luſſo, moltiſſimo ſopra di ciò ſtudiarono e vi rieſcirono. Si veda fra gli altri Varrone e il Palladio. Tutta la maniera da tenerſi per ingraſſare queſti Uccelli ſi deſcrive anche dall' Aldrovando, e dall' Olina.

ut nimirum earum baccis veſcantur. Caveis incluſae carnes etiam comedunt. Frequentius apud nos Sorborum pomis, & Orni, Sambucique acinis veſcuntur. Edunt denique etiam vermes, & Locuſtas.

Caveis clauſae ut Turdi *ſaginantur, qua in re Veteres ſequendos eſſe apparet, qui luxui magis dediti erant, magiſque in hoc elaborarunt. Videantur in primis Varro, & Palladius. Haſce ſaginandi Aves accuratam normam tradunt quoque Aldrovandus & Olina,*

T. CCCIV. B. -- 9. 1.

MERLA torquata, o ſia con il collare, — *Merula torquata* Geſn. Aldrov. Bell. Schwenck Ionſt. Willugh. Raii Sibald. Friſch. & Briſſ. T. 2. pag. 235. ſp. 12. — *Turdus torquatus* Barr. Ornith. & Klein. — *Merula torquata, ſeu Merula montana* Rzac. — *Merula fuſca Eberi* Klein. — *Turdus* torquatus *nigricans, torque albo, roſtro flaveſcente* Linn. Syſt. Nat. ſp. 13.

PEr lo più ha il becco di color giallo dalla baſe fino quaſi al mezzo, e neraſtro in punta. La femmina ſi diſtingue dal maſchio per avere tal collare d' un bianco meno dichiarato. Trovaſi ſpeſſo nelle Alpi. Propriamente ella è particolare de' monti a tramontana dell' Inghilterra, come ſono quelli fra gli altri della Provincia di York; trovaſi anche nelle ſelve montuoſe della Svezia.

Se ne incontra anche una varietà con il collare ſcuro, ed è quella propriamente ſtata detta dagli Autori *Merla montana*, o *ſaſſatile*. Il Willughby ne avea veduta un' altra differenza a Roma con il collare cenerino, da eſſo ſtata giudicata o molto giovane, o femmina.

Frequentius huius ſpeciei roſtrum flaveſcit prope medium & baſim, nigricat vero in apice. Foemina differt a mare torque albo multo minus apparente. Frequens eſt in Alpibus. Habitat praeſertim in montibus Angliae Septentrionalibus, ſicut inter alios Eboracenſes ſunt: in ſylvis montanis Sveciae etiam occurrit. Varietas datur torque fuſco, & ea proprie eſt, quae ab Auctoribus Merula montana *vel* ſaxatilis *dicitur. Aliam viderat Romae Willughbeius, in qua torquis cinereus erat, eamdemque vel iuvenem, vel foeminam diiudicavit.*

T. CCCV. B -- 8. 1. ½

MERLA in gran parte roſſa o cremiſi del Braſile, e della Baia di tutti i Santi. — *Merula Braſilienſis* Gerin. Ornith. num. 254. — *an Merula Braſilica* Aldrov. Ornith. T. 2. pag. 628.

QUeſta fu portata da un Religioſo che tornava dall' Indie al noſtro Sig. Marcheſe Gerini, e queſti ebbe tutta la cura che foſſe al naturale dipinta. Di queſta parla il Bellonio, e dice che i Mercanti, i quali tornano dal Braſile, ſogliono provvederſi delle pelli di queſt' Uccello, e che per eſſer belliſſime fanno con eſſe molto guadagno; ſiccome poi non è poſſibile portar vivi queſti Uccelli in gabbia, perciò gli ſpellano e commerciano le pelli.

A Religioſo quodam viro ex Indicis Regionibus reduce allata haec fuit ad Marchionem noſtrum Gerinium, a quo exacte ut depingeretur curatum fuit. De hac quoque loquitur Bellonius, aitque, Mercatores, qui e Braſilia diſcedunt, pelles huius Avis ſecum afferre ſolitos eſſe, magnumque quaeſtum de iis ob pulchritudinem facere. Fieri enim non poteſt ut haſce Aves vivas in caveis afferant, ideo detractas earumdem pelles mercantur.

T. CCCVI. B. — 9. —

MERLA del Brasile, o sia delle Miniere dell' oro nel Brasile. — *Merula ex nigro virideſcente & aureo varia.*

POco per la bellezza e vaghezza delle penne cede alla ſpecie antecedente, e perciò le penne di queſta ſervono agli ſteſſi uſi, a' quali ſi adoprano quelle de' *Pappagalli*, de' *Pavoni*, *Fagiani*, *Pernici*, *Cotinghe*, e altri di penne vagamente colorite.

Sotto il genere di *Tordo*, e di *Merla* molti e molti altri Uccelli ſono ſtati collocati dagli Autori, ma in queſta noſtra Storia ſono ſtati dimoſtrati, o deſcritti ſotto altri generi, e nomi, come fra gli altri ſono la *Paſſera Solitaria*, e la *Cotinga*.

OB plumarum pulchritudinem paullulum ſuperiori ſpeciei cedit, ideoque iiſdem operibus, quibus pennae Pſittacorum, Pavonum, Phaſianorum, Perdicum, Cotingarum, *aliarumque pennis praeſtantium Avium inſerviunt, optimae quoque hae ſunt.*

Ad Turdi *vel* Merulae *genus plurimae aliae Aves ab Auctoribus referuntur, ſed in hac noſtra Ornithologia ad alia referuntur genera, ut inter cetera ſunt* Paſſeris Solitarii, *&* Cotingae *genera, ſub quibus deſcriptae hae Aves adinvenientur.*

18. TORDO mezzano, o della ſpecie comune di teſta bianca. -- *Turdus medius, ſive vulgari forma ſimilis, capite albo* -- *Turdus albo capite* Barr. Ornith. -- *Turdus leucocephalos* Aldrov. -- *Turdus minor leucocephalus* Briſs. T. 2. pag. 208. -- *Turdo Tab. CCLXXXX. omnino ſimilis eſt, niſi quod verticem capitis penitus candidam habeat, ideoque varietas tantum dicenda eſt.*

19. TORDO col ciuffo, altra varietà della ſpecie comune noſtrale. -- *Turdus alius ſpeciei noſtratis communis varietas, criſtatus.* -- *Turdus Muſicus criſtatus* Schwenck. -- *Turdus minor criſtatus* Briſs. idid. pag. 208. -- *Cum Turdo Tab. CCLXXXX. colore & magnitudine convenit, ab illo tantum diſcrepat criſta, quam in vertice gerit, albida, & circulo albo, prona parte collum medio tenus cingente.*

20. TORDO minore della Carolina. -- *Turdus minor Carolinenſis*, -- *Turdus minimus* Klein. -- *Tamatia* Piſon. -- *Tomatia Braſilienſibus* Marcgr. cum icone admodum accurata, Ionſt. Willugh. -- *Turdus Iliacus Carolinenſis* Briſs. ibid. pag. 212. -- *Alaudam craſſitie non ſuperat, ſuperne fuſco-rufeſcit, inferne rufeſcit, maculis fuſco-rufeſcentibus varius : ventre ſordide albo ; remigibus interius verſus exortum albo-rufeſcentibus ; rectricibus ſuperne fuſco-rufeſcentibus, inferne cinereis ; roſtro, pedibus, unguibuſque griſeo-fuſcis. In Carolina & Canada habitat.*

21. TORDO della Carolina maggiore. -- *Turdus Carolinenſis maior.* -- *Turdus rufus* Klein. -- *Turdus Carolinenſis* Briſs. T. 2. pag. 223. ſp. 8. -- *Turdus rufus* Catesb. cum optima icone. -- *Turdus* rufus *ferrugineus, ſubtus dilutius maculatus, remigibus unicoloribus, cauda rotunda, roſtro nigro. Craſſitie Turdelam circiter aequat. Habitat in America Septentrionali & Meridionali, etiam praeſertim in Carolina & Virginia.*

22. TORDO maggiore volgarmente Tordela di teſta bianca. -- *Turdus viſcivorus maior capite albo* -- *Turdus pilaris leucocephalus* Briſs. ibid. pag. 217. varietas Tab. CCXCV. *capite & collo ſuperius candidis.*

23 TORDO maggiore, o Tordela con macchie a mezza luna. -- *Turdus viſcivorus maior maculis lunatis notatus.* -- *Turdus Pilaris maculis lunatis variegatus* Klein. -- *Turdus Pilaris naevius* Briſs. ibid. pag. 218. varietas tantum dicitur Turdi ſupra a Tab. CCXCIII. vel CCXCV. demonſtrati -- *Pectus in hoc rufeſcens eſt maculis tranſverſis nigris variegatum ; venter, crura & tectrices caudae inferiores candidae maculis lunulatis nigris variae, excepto tamen medio ventre albo & immaculato ; rectricibus duodecim penitus nigris.*

24. TORDO de' Canneti, o Ruſignuolo d' acqua. -- *Turdus Arundinaceus ; Luſcinia aquatica nonnullis etiam dictus.* -- *Turdus Arundinaceus* Briſſ. T. 2. pag. 219. ſp. 6. cum optima icone. -- *Turdus muſicus paluſtris, Dumetorum, Arundinum* Klein. -- *Iunco* Aldrov. Genſ. Ionſt. -- *Iunco* Aldrovandi ; *Cinculus Turneri* Willugh. & Raii. -- *Paſſer aquaticus* Nieremberg. & Willugh. -- *Caracura* De Laet., & Ionſt. -- *Halcedo vocalis, ſeu minor* Bellon. -- *Alcyo vocalis quorundam.* -- *Turdus* arundinaceus griſeus, *ſubtus albidus lineolis tranſverſis lunatis fuſcis, pedibus caeruleſcentibus* Linn. Syſt. Nat. ſp. 15. -- *Alaudam craſſitie non multum antecellit. Habitat in Arundinetis Europae Septentrionalis. Mas indeſinenter cantillat toto die ſub incubatu foeminae in terra nidulantis.*

25. TORDO muſico del Canadà. -- *Turdus muſicus Canadenſis.* -- *Turdus Canadenſis* Briſs. ibid. pag. 225. ſp. 9. -- *Turdus muſicus Carolinenſis* Klein. -- *Turdus Pilaris migratorius* Catesb. -- *Proxime craſſitie & colore ad noſtrum* muſicum *Tab. CCXCIII accedit, niſi quod ſuper toto corpore colore, quo noſtras ſub alis tinctus eſt, pictus ſit. Roſtro eſt fuſco baſi flavicante. Habitat in Virginia, Carolina, Niarilandia & Canada.*

26. TORDO di montagna detto più comunemente Merla di montagna. -- *Turdus, ſive Merula montana.* -- *Turdus ſubcaſtaneus montanus* Barr. Ornith. -- *Merula montana Germanorum* Aldrov. Ionſt. & Charlet. -- *Merula montana* Aldrovandi, *ſaxatilis, ſeu montana* Geſneri, Willughb. -- *Merula ſaxatilis* Raii. -- *Merula alpina* Schwenck. -- *Merula tertii generis* Geſn. -- *Merulae congener* Aldrov. Ionſt. Willughb. & Raii.

& Raii. -- *Merula montana* Briſs. ibid. pag. 232. ſp. 11. cum optima icone. -- *Craſſitie & forma merulam vulgarem aemulatur, differt tamen taenia ſupra pectus tranſverſa ad rufum vergente, ac marginibus pennarum cinereis. Vix pariter differt a Merula Tab. noſtrae CCCIV.*

27 Tordo di color vario e capo celeſte. -- *Turdus variegatus capite cyaneo.* -- *Turdus ruber, cyaneo capite* Frisch. & Klein. n. 8. -- *Merula ſaxatilis minor* Briſs. ibid. pag. 240. ſp. 14. -- *Turdus muſicus caeruleus* Klein. *a quo Avis dubia dicitur.* -- *Craſſitie Sturnum non antecellit, Superne e nigricante, cinereo-caeruleſcente, rufeſcente & albo varius, inferne rufus, fuſco & albicante maculatus; capite & collo caeruleſcentibus e fuſco & rufeſcente maculatis; rectricibus lateralibus, rufis oris exterioribus verſus pennae apicem fuſcis; roſtro, pedibus, unguibuſque nigricantibus.*

28. Tordo d' America col collare. -- *Turdus torquatus Americanus.* -- *Merula Americana torquata* Briſſ. ibid. pag. 242. ſp. 15. -- *Alauda magna* Klein. & Catesb. -- *Alauda* magna *ſubtus flava, faſcia pectorali curva nigra; rectricibus tribus lateralibus albis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 9. -- *Craſſitie merulam noſtratem nonnihil ſuperat; roſtro nigricante. Habitat in Virginia, Carolina, & tota ferme America Septentrionali continente. Caudam citius ſurſum deorſumque motitat; ſummitatibus minorum arborum aut ſepium inſidet; egregie cantat, & non alio fere cibo utitur, quam ſeminibus.*

29. Tordo, o Merlo canoro d' Amboina -- *Turdus ſive Merula Amboinenſis canora.* -- *Turdus Merula Amboinenſis* Briſs. T. eod. pag. 244. ſp. 16. -- *Avicula Amboinenſis canora* Seb. cum accurata icone. -- *Alaudam criſtatam craſſitie non multum ſuperat; ſuperne fuſco rubeſcit, inferne dilute flavicat, remigibus fuſco rufeſcentibus, minoribus prima medietate dilute flavis; rectricibus ſuperne fuſco-rubeſcentibus, inferne aureis; Avis haec amore capta caudam ſupra dorſum erigit, & mirifice cantat.*

30. Tordo, o Merla del Canadà. -- *Turdus Merula Canadenſis* Briſſ. T. eod. pag. 245. ſp. 17. cum accurata icone -- *Ad Turdi Iliaci craſſitiem accedit, univerſim nigricat, apicibus pennarum rufeſcentibus; remigibus rectricibuſque penitus nigricantibus; roſtro, pedibus & unguibus nigris.*

31. Tordo, o Merlo dorato del Madagaſcar. -- *Turdus Merula Madagaſcarienſis aurea* Briſs. T. eod. pag. 247. ſp. 18. cum optima icone. -- *Craſſitie Alaudam circiter aemulatur; ſplendide niger, marginibus pennarum citrinis; gutture, remigibus, rectricibuſque penitus nigris; roſtro, pedibus, unguibuſque pariter nigris. A Madagaſcarienſibus appellatur* Savi-Iala.

32. Tordo, o Merlo Indiano. -- *Turdus ſive Merula Indica.* -- *Merula Indica* Briſs. T. eod. pag. 248. cum figura accuratiſſima. -- *Craſſitie Alaudam non multum antecellit - ſuperne niger, inferne albus; uropygio cinereo; taenia per oculos nigra; remigibus nigricantibus, interius in exortu albis, oris exterioribus minorum albis; rectricibus nigris, tribus utrinque extimis apice albis; roſtro nigro, pedibus & unguibus nigricantibus. Habitat in India Orientali, ubi appellatur* Terat-Boulan.

33. Tordo, o Merlo col ciuffo del Capo di Buona Speranza. -- *Merula criſtata Capitis Bonae Spei.* -- *Turdus, ſive Merula criſtata Capitis Bonae Spei* Briſs. T. eod. pag. 257. ſp. 23. cum icone accuratiſſima. -- *Alaudam criſtatam non multum craſſitie antecellit; ſuperne fuſcus marginibus pennarum griſeis, capite & criſta nigro-violaceis; tectricibus caudae inferioribus rubris; rectricibus in exortu fuſcis, dein nigricante violaceis albo terminatis; roſtro pedibus & unguibus nigricantibus. Circa oris angulos quidam ſunt pili nigri, antrorſum verſi, ſetarum inſtar rigidi.*

34. Tordo, o Merla bruna del Capo di Buona Speranza. *Turdus, ſive Merula fuſca Capitis Bonae Spei.* -- *Merula fuſca Capitis Bonae Spei* Briſs. T. eod. pag. 259. ſp. 21. cum icone optima. -- *Alaudam craſſitie non ſuperat; ſaturate fuſcus; ventre fuſco-flavicante; tectricibus caudae inferioribus luteis; roſtro pedibus & unguibus nigris.*

35. Tordo, o Merlo di Bengala. -- *Turdus Bengalenſis* Klein. -- *Turdus fuſcus Bengalenſis non maculatus. A Bengalenſibus dicitur* Beniahbow Alb. -- *Merula Bengalenſis* Briſs. T. eod. pag. 260. ſp. 25. -- *Turdus fuſcus Bengalenſis non maculatus* Edw. cum optima icone. -- *Turdus* Canorus *griſeus ſubtus ferrugineus, linea alba ad latera capitis, cauda rotundata* Linn. Syſt. Nat. ſp. 5. Videatur Tab. CCCXX. a qua haec forte oſtenditur Avis, vel ſaltem huius varietas. *Magnitudine Turdum vulgarem paullulum antecellit; ſuperne dilute fuſcus, inferne griſeus; remigibus dilute fuſcis, oris exterioribus albis, rectricibus obſcure fuſcis; oculorum pupilla nigra, iride lutea; roſtro pedibuſque luteſcentibus.*

36. Tordo, o Merlo del Senegal. *Turdus, ſive Merula Senegalenſis.* -- *Merula Senegalenſis* Briſs. ibid. pag. 261. ſp. 26. cum icone accuratiſſima. *Turdo Iliaco craſſitie cedit; griſeo-fuſcus; ventre ſordide albo; remigibuſque fuſcis; roſtro, pedibus & unguibus fuſcis.*

37. Tordo d' America di molte lingue minore, e di color vario -- *Turdus Americanus polyglottus minor varius.* -- *Turdus mimus varius* Briſs. T. eod. pag. 265. ſp. 28. -- *Tzoupan* Fernand. Nieremberg. Willughb. & Raii. *Varietas forte eſt Turdi a Tab. CCXCVIII. oſtenſi. Illi forma & magnitudine ſimilis eſt, illumque cantu quoque aemulatur; colore tamen diſcrepat. In univerſo corpore ſuperiore ex griſeo fuſceſcit, nigroque & candicante variegatur; in inferiore autem albus eſt, cinereo & nigro maculatus. Habitat in nova Hiſpania.*

38. Tordo Americano canoro, o di molte lingue maggiore. -- *Turdus Americanus canorus, ſive polyglottus maior. Turdus minor cinereo-albus non maculatus* Sloan & Raii. -- *Turdus minor cinereo-albus immaculatus* Klein. n. 21. -- *Turdus minor cinereo-albus immaculatus* alter eiuſd. n. 29. -- *Turdus Americanus minor canorus, ex cinereo albus non maculatus* Raii. -- *Picus garrulus Indicus* Charlet. -- *Turdus mimus maior* Briſs. ibid. pag. 266. ſp. 29. -- *Turdus* Polyglottus *obſcure cinereus, ſubtus pallide cinereus macula*

ala-

alarum albida Linn. Syſt. Nat. ſp. 7. -- *Merulam craſſitie circiter aequat . Sicut praecedens & alius ſub Tab. CCXCVIII. depictus egregie ſibilat , omneſque Aves cantu aemulatur . Ceratis , Oxyacanthae & Cornus baccis victitat : Inſectis quoque pro cibo utitur . Habitat in Virginia , Carolina & Iamaica . Caudam verticaliter attollit .*

39. Tordo , o Merlo del Madagaſcar . -- *Turdus ſive Merula Madagaſcarienſis . -- Turdus Merula Madagaſcarienſis* Briſs. T. eod. pag. 274. ſp. 33. cum icone ſatis accurata . *Incolis dicitur Tanaombé . Turdo Iliaco craſſitie nonnihil cedit , ſuperne fuſcus ; pectore fuſco rufeſcente ; ventre albo , remigibus interius nigris , maioribus exterius albis , minoribus exterius violaceis ; macula in alis rufo-aurea ; rectricibus lateralibus interius nigris , exterius viridi-aureis , extima exterius alba ; roſtro , pedibus & unguibus nigris . Circa oris angulos pilis nonnullis rigidis antrorſum verſis inſtruitur .*

40. Tordo ſcuro di Giammaica . -- *Turdus fuſcus Iamaicenſis . -- Turdus fuſcus* Klein. n. 27. -- *Merula fuſca* Sloan. & Raii . -- *Turdus Merula Iamaicenſis* Briſſ. ibid. pag. 277. ſp. 34. . *Incolis appellatur Thrush . Merula noſtrate minor eſt , totus fuſcus , inferne dilutius , ventre albido , macula ſub gutture alba ; remigibus , rectricibuſque obſcure fuſcis ; roſtro pedibuſque aurantiis . Iamaicae ſylvas montoſas frequentat .*

41. Tordo , o Merla dell Iſole Filippine . -- *Turdus ſive Merula Philippenſis . -- Turdus Merula Philippenſis* Briſs. ibid. pag. 278. ſp. 35. cum icone ſatis accurata . -- *Merulam vulgarem craſſitie nonnihil ſuperat . Fuſcus eſt , caſtaneo admixto ; ſpatio ſubtriangulari pone oculos nudo , rectricibus maioribus prima medietate albis , altera nigricantibus ; rectricibus ſaturate fuſcis , lateralibus apice albis ; roſtro ac pedibus flavis . Locuſtis , aliiſque Inſectis victitat .*

42. Tordo calvo , o Merla calva delle Filippine . -- *Turdus calvus , ſive Merula calva Philippenſis . -- Turdus Merula calva Philippenſis* Briſs. ibid. pag. 280. ſp. 37. cum optima pariter icone . *Incolis dicitur Coulin . -- Praecedenti nonnihil craſſitie cedit , ſuperne cinereo-argenteus , inferne fuſco griſeus ; pectore fuſco nigricante ; genis nudis ; remigibus rectricibuſque fuſco-nigricantibus ; roſtro , pedibus & unguibus fuſcis .*

43. Tordo , o Merlo di S. Domingo . -- *Turdus ſive Merula Dominicenſis . Turdus Merula Dominicenſis* Briſs. ibid. pag. 284. ſp. 38. cum optima icone . *Turdum Iliacum craſſitie circiter aequat , ſuperne cinereo fuſcus , inferne albus ; remigibus maioribus prima medietate albis ; rectricibus tribus extimis albis , tertiae vero margine nigricante , interioribus aliis ſive reliquis nigricantibus ; roſtro , pedibus & unguibus nigricantibus .*

44. Tordo , o Merlo cenerino dell' Indie . -- *Turdus , ſive Merula Indica cinerea . -- Turdus Merula Indica cinerea* Briſs. T. eod. pag. 286. ſp. 39. cum icone ſatis bona . -- *Praecedentem craſſitie adaequat , colore cinereus , inferne dilutior , remigibus nigris , oris exterioribus cinereo-albis , interioribus albis ; rectricibus quatuor utrinque extimis penitus nigris ; roſtro , pedibus , & unguibus nigris , nec non oris angulis nigris exiguis pilis ornatis . In India Orientali habitat .*

45. Tordo , o Merlo cenerino d' America . -- *Turdus , ſive Merula cinerea Americana . .- Turdus viſcivorus plumbeus* Catesb. & Klein. n. 22. -- *Turdus Merula Americana cinerea* Briſs. T. eod.. pag. 288. ſp. 40. -- *Turdus* plumbeus *caeruleſcens gula atra* Linn. Syſt. Nat. ſp. 9. -- *Craſſitie* Turdum Iliacum *circiter aequat , faemina mari paullulum magnitudine cedit , habitatque in variis Americae regionibus , praeſertim in Inſulis Andros , & Ilarbera , quibus in locis vulgo appellatur Tilli . Huic palatum ſplendide aurantium eſt ; oculorum ambitus , & irides rubentes ; roſtrum & pedes quoque rubentes . Illius , cuius deſcriptionem dederat* Catesbeius, *roſtrum erat nigrum .*

46. Tordo , o Merlo del Madagaſcar . -- *Turdus ſive Merula Madagaſcarienſis cinerea . -- Turdus Merula Madagaſcarienſis cinerea* Briſs. ibid. pag. 291. ſp. 41. cum accurata icone . -- *Praecedentem craſſitie aemulatur ; ſuperne cinereus , nonnihil ad olivaceum inclinans , inferne dilutius ; vertice nigricante ad viride vergente , remigibus exterius cinereo-fuſcis ; roſtro flavo , taenia longitudinali fuſca , ſupra mandibulam ſuperiorem ſita in apice notatus ; pedibus & unguibus cinereo-fuſcis . Incolis dicitur* Ourovang .

47. Tordo , o Merla dell' Iſola di Borbone . *Turdus ſive Merula Borbonica . -- Turdus Merula Borbonica* Briſs. T. eod. pag. 293. cum accurata icone . -- *Craſſitie* Alaudam criſtatam *circiter aemulatur ; ſuperne cinereus ad olivaceum inclinans , inferne vero olivaceus ad flavum vergens ; vertice nigro ; medio ventre candicante ; rectricibus fuſcis , taenia duplici tranſverſa fuſca , altera dilutiore , altera ſaturatiore , in apice donatur ; roſtro , pedibus , & unguibus flavicantibus .*

48. Tordo , o Merlo del Capo di Buona Speranza di color d' Uliva . -- *Turdus ſive Merula Olivacea Capitis Bonae Spei . -- Turdus Merula Olivacea Capitis Bonae Spei* Briſs. ibid. pag. 294. ſp. 43. cum optima icone . -- *Turdi Iliaci craſſitie eſt , ſuperne fuſco-olivaceus , inferne fulvus ; remigibus & rectricibus lateralibus interius fuſcis ; roſtro , pedibus & unguibus fuſcis .*

49. Tordo , o Merlo color d' Uliva di S. Domingo . -- *Turdus , ſive Merula Olivacea Dominicenſis . -- Turdus Merula Olivacea Dominicenſis* Briſs. T. eod. pag. 296. ſp. 44. cum optima pariter icone . -- *Craſſitie Currucam non multum antecellit ; ſuperne olivaceus , inferne griſeo-olivaceus ; remigibus fuſcis , oris interioribus albis , exterioribus olivaceis ; rectricibus lateraribus interius fuſcis , oris albidis ; roſtro , pedibus & unguibus griſeo-fuſcis .*

50. Tordo , o Merlo color d' Uliva dell' Indie . -- *Turdus ſive Merula Olivacea Indica* Briſs. ibid. pag. 298. ſp. 45. cum figura ſatis bona . -- *Turdo Iliaco craſſitie nonnihil cedit , viridi-olivaceus , inferne dilutius ; remigibus interius fuſcis , oris flavicantibus ; roſtro , pedibus & unguibus nigricantibus .*

51. Tordo , o Merlo del Capo di Buona ſperanza . -- *Turdus ſive Merula Capitis Bonae Spei* Briſſ. T. eod. pag. 309. ſp. 52. cum optima icone . *Merulae noſtratis craſſitie eſt ; ſplendide niger , ad viride inclinans remigibus maioribus rufis , tribus primoribus fuſco , ſequentibus nigro terminatis ; rectricibus nigris ; roſtro nigro vivido ; pedibus & unguibus fuſcis .*

52.

52. Tordo, o Merlo del Capo di Buona Speranza col collare. -- *Turdus, ſive Merula torquata Capitis Bonae Spei. Turdus Merula torquata Capitis Bonae Spei* Briſs. T. eod. pag. 299. ſp. 46. cum optima icone. -- *Merulae vulgari paullulum craſſitie cedit, ſuperne viridi-olivaceus, inferne luteus; collo inferiore nigro; taenia per oculos nigra, ad collum inferius reflexa; tectricibus lateralibus nigris, apice luteis; roſtro nigro, pedibus & unguibus nigricantibus.*

53. Tordo, o Merla di teſta nera del Capo di Buona Speranza. -- *Turdus ſive Merula atricapilla Capitis Bonae Spei.* -- *Turdus Merula atricapilla Capitis Bonae Spei* Briſs. T. 6. in ſupplem. pag. 48. ſp. 66. cum optima icone. -- *Turdum vulgarem craſsitie circiter aequat; ſuperne ſaturate fuſcus, inferne rufeſcens, lateralibus lineolis tranſverſis fuſcis ſtriatus; capite & collo ſuperiore ſplendide nigris, uropygio rufo; macula in alis candida, rectricibus nigricantibus, lateralibus apice albis; roſtro, pedibus & unguibus nigris, vel nigricantibus.*

54. Tordo delle Palme, o Palmiſta, da altri detto anche Merla delle Palme. -- *Turdus ſive Merula Palmarum.* -- *Turdus Merula Palmarum* Briſs. T. eod. pag. 591. ſp. 47. cum optima icone. -- *Craſsitie* Alaudam *non ſuperat, ſuperne viridi olivaceus, inferne cinereus; ſincipite geniſque nigris; vertice cinereo, maculis tribus utrinque in capite albis; remigibuſque interius & ſubtus fuſcis; roſtro, pedibus & unguibus cinereis. Palmas frequentat, & in eis nidificat. In Cayana praecipue habitat.*

55. Tordo, o Merla delle Palme, o Palmiſta, con la teſta nera. -- *Turdus ſive Merula Palmarum atricapilla.* -- *Turdus Merula Palmarum atricapilla* Briſs. T. eod. pag. 303. cum icone ſatis accurata. *A praecedenti capite nigro differt, & in Cayana inter Palmas ut ſuperior habitat.*

56. Tordo, o Merlo d' America. -- *Turdus, ſive Merula Americana.* -- *Turdus Merula Americana* Briſs. T. eod. pag. 308. ſp. 51. -- *Merulam vulgarem craſsitie circiter aequat; ſuperne ſplendide niger, ad violaceum inclinans, inferne niger; remigibus maioribus apice rufeſcentibus; roſtro pedibuſque luteis. Foemina a mare diſcrepat univerſo corpore griſeo.*

57. Tordo, o Merlo verde d' Angola. -- *Turdus, ſive Merula Angolenſis. Turdus Merula Angolenſis* Briſs. ibid. cum optima icone pag. 311. ſp. 53. -- *Merulam vulgarem craſsitie circiter aequat; viridi aurantio tinctus; macula in alis violaceo-chalybea; remigibus, rectricibuſque ſubtus nigricantibus; roſtro, pedibus & unguibus nigris.*

58. Tordo, o Merlo verde di coda lunga del Senegal. -- *Turdus, ſive Merula viridis longicauda Senegalenſis.* -- *Turdus Merula viridis longicauda Senegalenſis* Briſs. T. eod. pag. 313. ſp. 54. cum optima icone. *Praecedentem craſsitie non multum antecellit viridi anatino tinctus; ſummo capite nigricante-aureo; uropygio violaceo colore variante; remigibus, rectricibuſque ſubtus nigris; cauda longiſsima; roſtro, pedibus & unguibus nigris.*

59. Tordo, o Merlo verde della Carolina. -- *Turdus, ſive Merula viridis Carolinenſis.* -- *Turdus Merula viridis Carolinenſis* Briſs. ibid. pag. 315. ſp. 55. -- *Turdus pectore luteo* Klein. n. 26. -- *Oenanthe Americana, pectore luteo* Catesb. -- *Turdus* virens *nigro-virens, ſubtus luteſcens, ſuperciliis albis* Linn. Syſt: Nat. ſp. 16.

60. Tordo, o Merlo verde dell' Iſole Molucche. -- *Turdus ſive Merula viridis Moluccana.* -- *Pica Indica vulgaris* Raii. -- *Coturnix Capenſis* Klein. -- *Coturnix Bengalenſis* Alb. -- *Turdus Merula viridis Moluccenſis* Briſs. T. eod. pag. 316. ſp. 56. cum optima icone. -- *Craſsitie merulam noſtratem circiter aequat, ſuperne viridis, inferne fulvus; capite nigro taenia utrinque fulva in cervice; uropygio & tectricibus alarum minoribus beryllinis; rectricibus nigris, apice viridibus; roſtro griſeo fuſco, oris angulis aurantiis; unguibus ſordide rubris.*

61. Tordo, o Merlo verde con teſta nera delle Molucche. -- *Turdus, ſive Merula viridis atricapilla Moluccana.* -- *Turdus Merula viridis atricapilla Moluccenſis* Briſs. ibid. pag. 319. ſp. 57. cum optima icone. *Praecedenti nonnihil craſsitie cedit, & ab ipſo etiam praecipue differt, capite & collo nigris, tectricibus caudae inferioribus roſeis.*

62. Tordo, o Merla del Surinam. -- *Turdus, ſive Merula Surinamenſis.* -- *Turdus Merula Surinamenſis* Briſs. T. 6. in ſupplemento pag. 46. ſp. 65. cum accurata icone. -- *Craſsitie Alaudam non ſuperat; ſplendide niger; vertice macula utrinque in pectore & uropygio fulvo-luteſcentibus, macula in alis ſupremis candida, remigibus nigricantibus, interius in exortu fulvo-luteſcentibus; rectricibus nigris; roſtro nigricante, pedibus, & unguibus fuſcis.*

T. CCCVII. T. – 8. 2.

RIGOGOLO comune maſchio. — *Galbula* Aldrov. — *Galgulus* Geſn. — *Picus nidum ſuſpendens* Aldrov. & Willughb. — *Oriolus quorundam* Geſn. — *Turdus* Moehr. — *Turdus flavus, alis & extrema cauda nigris, papillis rubris* Barr. — *Turdus luteus* Friſch. cum maris, & foeminae iconibus ſatis accuratis. — *Oriolus* Schwenck. — *Galgulus & virao* Bellon. — *Chloreus Ariſtotelis* Aldrov. Ionſt. Willugh. & Raii — *Icterus Plinii* Willugh. Raii & Klein. — *Luteolus, Oriolus, & Picus nidum ſuſpendens* Rzac. — *Galgulus Bengalenſis* Edward. — *Turdus Oriolus* Briſs. T. 2. pag. 320. ſp. 58. — *Coracias* Oriolus *flava, alis caudaque nigris* Linn. Syſt. Nat. ſp. 3. — Gall. *Le Loriot, Oiſeau jeune de Bengale; Loriot.* — Ang. *Witwol; or Widwol.*

LA femmina ſi diſtingue dal maſchio per il collare, che di ſopra è verde d' Oliva ten- *Foemina a mare diſtinguitur colore ſuperne viridi olivaceo, ad luteum vergente inferne* ſor-

tendente al giallo, e di ſotto bianco torbido ſpruzzato per lo lungo di lineette cenerine ſcure, e per una macchia ſcura che ha tra il becco e l' occhio; e parimente per le penne laterali della coda verdi d' oliva in principio, e nere verſo la cima con la punta gialla, e gialle parimente nel bordo di ſotto.

Ariſtotele, e Plinio chiamarono queſto Uccello *Clorea*, o *Clorione*, per indicare che era giallo inſieme, e verde. Allorchè è giovane tende più al verde; adulto poi, o almeno d' un anno, eccettuato nelle ale, diviene tutto giallo; nel giovane pure il becco è alquanto ſcuro. Il grande ha una macchia nera, la quale manca affatto nel giovane. Quello ha le ali neriſſime con le penne chiamate rematrici, o ſieno le maggiori sbiancate nelle cime. Il giovane poi ha le ſuperiori sbiancate, e le inferiori nereggianti.

ſordide albo lineis longitudinalibus griſea fuſcis vario; macula utrinque roſtrum inter & oculos fuſca; rectricibus ibidem lateralibus primum viridi-olivaceis, dein nigricantibus, apice luteis, oris interioribus luteis.

Ariſtoteles & Plinius Avem hanc Cloreum, *&* Clorionem *appellavere, ut luteum & viridem in ea reperiri colorem innuerent. Iunior vireſcit, adultior vero aut ſaltem annua facta alis tantummodo exceptis tota evadit lutea. In iuniore roſtrum eſt ſubfuſcum; adulta inter roſtrum & oculos maculam habet nigram; iunior minime. Illa alas habet nigerrimas, quarum pennae remiges dictae, maxime in extremitatibus ſuis albeſcunt; iunior vero ſuperiores pallidas habet, inferiores nigricantes.*

T. CCCVIII. B. – 8. 1.

RIGOGOLO tutto giallo — *Galbula flava, ſive aurea.*

NOn è che una varietà dell' antecedente. I più giovani di queſta ſpecie ſono degli altri più verdi di colore, e macchiati nel petto. E' Uccello di paſſo, e il Geſnero dice, che compariſce per lo più nel meſe di Maggio, e anche in Aprile, e che al ſuo comparire ſi può tener per certo che non ſieno per ſuccedere altri diacci; onde ſi rileva, che queſt' Uccello non ſi trovi, che in Paeſi e ſtagioni calde. Nei noſtri Paeſi arriva alla fine d' Aprile, e ſi trattiene per fino a dopo l' Agoſto. Non ſi vede però in Inghilterra, in Svezia, e altri Regni. Trovaſi però tanto in Germania, che in Italia, e anche in copia, ſiccome in Aſia da dove forſe viene a noi. In Europa poi, e particolarmente in Italia appreſſo di noi fa anche il nido, e trovaſi anche in Francia, ſebbene è più raro che in Germania, e fra noi.

PRaecedentis varietas tantum eſt, ſive naturae luſus. Huius ſpeciei iuniores magis vireſcunt, ſuntque pectore maculoſo. Avis eſt migratoria Geſnerus Maio plerumque menſe, interdum etiam Aprili accedere ſcribit, a cuius adventu non amplius nocituras pruinas certa ſpes eſt; unde apparet eam locis, & tempeſtatibus calidis delectari. Ad noſtras vero reducitur regiones exeunte Aprile; moraturque per totum Auguſtum, & ultra. In Anglia, Svecia, aliiſque plurimis Regnis deeſt. Obſervatur vero in Germania, plurimumque in Italia, nec non in Aſia unde ad nos forte tranſit. In Europa etiam, ac praecipue in Italia noſtra, ut infra dicemus, nidificat, pulliſque editis diſcedit. In Gallia quoque obſervatur, licet non ita frequens, ut in Germania & Italia.

T. CCCIX. B. – 8. 1.

RIGOGOLO bianco. — *Galbula alba.*

IL *Rigogolo* per ragione, che ſoſpende il ſuo nido negli alberi, è ſtato detto come ſopra abbiamo avvertito *Picchio ſoſpendente il nido*. Compoſto è queſto nido di fieno e borraccina, ſiccome di paglia, di peli, di canapa di fuſcelli, e d' ogni altra materia, che incontra, non fabbricandolo ſempre dell' iſteſſa ſola materia. Lo forma poi in figura di corbello o di paniere, o anche di ſcodella,

GAlbulam *nidum in arboribus ſuſpendere, indeque* Picum nidum ſuſpendentem *dici ſupra adnotavimus. Conſtat hic nidus ex muſco, lanugine, foeno, & culmis plantarum, ex cannabe, & feſtucis, aliaque materia illi obviana facta, ita ut pro extruendo ſibi nido non eandem ſemper materiam eligat. Nidum autem forma corbis, vel calathi, vel etiam ſcutellae fa-*

lo lega a' rami con giunchi, o altri filamenti di lino, e di seta, siccome con crini di Cavallo, e altri gambi di erbe flessibili. Il nido formato da quest' Uccello è rappresentato in figura dall' Aldrovando. I Cacciatori lo prendono alla pania, alle reti, e anche con l' Archibuso, e con la Civetta.

Non si nutrisce solamente di bachi come i *Picchi*, ma anche di frutti, e particolarmente di Fichi. La sua carne è delicata, e di ottimo gusto, e buona ancora riguardo alla sua salubrità.

brefactum ramis suspensum adligat adhibitis iuncis, filamentis lineis, sericeis, setis Equinis, aliisque flexibilibus culmis & herbis. Huiusmodi nidus ab hac Ave efformatus ab Aldrovando Icone ostenditur. Aucupes visco aç retibus nec non Sclopo, & Noctua eam capiunt.

Non tantum vermibus more Picorum *vescitur, sed etiam fructibus, & praecipue ficubus delectatur. Carne est admodum delicata, sapida, & optimi succi quoad victus hominum salubritatem.*

4. Rigogolo della Coccinchina, volgarmente ivi detto Couliavan -- *Galbula Cochinsinensis, vulgo Couliavan.* -- *Turdus Oriolus Cochinsinensis* Briss. T. 2. pag. 326. sp. 59. cum accurata icone. -- *Crassitie Galbulam vulgarem circiter aemulatur, corpore luteo, taenia ab angulo ad angulum oris nigra per oculos, & summum caput ducta ferri equini figurae aemula, rectricibus nigris apice luteis, rostro flavicante, pedibus vero nigris, unguibus flavicantibus. Foemina a mare differt colore luteo multo pallidiore, & nigro multo minus saturato.*

5 Rigogolo Indiano, -- *Galbula Indica.* -- *Chlorio Indicus* Aldrov. & Ionst. -- *Picus Chlorio Indicus* Ionst. *Turdus Oriolus Indicus* Briss. ibid. pag. 328. sp. 60. -- *Praecedentem magnitudine & crassitie circiter aequat, cauda tamen donatur breviori. Per universum corpus luteus est, taenia ab angulo ad angulum oris caerulea per oculos ad summum caput ducta; rectricibus luteis, taenia transversa caerulea notatis; rostro pedibusque insigniter rubris. Habitat in India Orientali.*

6. Rigogolo di Bengala. -- *Galbula Bengalensis.* -- *Icterus Indicus capite nigro* Edw. T. 2. pag. 77. -- *Videatur sub nomine Sturni lutei Indici, sive Bengalensis ad Tab. CCCXX. quam Avem eandem faciunt* Linnaeus, *aliique cum Pica Americana luteo-nigra nostra, quam in Vol. 2. Ornithologiae Gerinianae ac Tabulam CLVIII. vide.*

7. Rigogolo detto dall' Aldrovando dal Willughby e dal Raio Merla di due colori. -- *Galbula ab Aldrovando, Willughbeio & Raio Merula bicolor nuncupata.* -- *Turdus ex nigro & luteo rubescens* Barr. Ornith. -- *Turdus Oriolus capite striato* Briss. ibid. pag. 332. sp. 62. -- *Magnitudine & crassitie Merulae paullulum cedit; pedibus luteis breviusculis, digitis vero servata proportione longis, rubicundis. In toto corpore luteo-rubescit, capite & collo inferiore nigricantibus, apicibus pennarum candicantibus; remigibus nigricantibus, oris exterioribus albis; rectricibus luteo rubescentibus. Locus in quo habitat prorsus ignoratur.*

8. Il Rigogolo o Tordo chiamato Garrulo di Boemia, siccome l' altro chiamato Garrulo della Carolina, vegganfi descritti al T. 1. Tab. CLX. -- *Galbula, sive Turdus Garrulus Bohemicus dictus, pariterque alius Carolinensis appellatus in Vol. 1. sub Tab. CLX. describuntur, ibidemque videantur.* -- *Cum vero Carolinensis descriptio ibi deficiens sit, eam hic ampliorem adiungere lubet. Dicitur hic a* Kleinio *Turdus Garrulus Carolinensis* Av. pag. 70. n. 35. a Fernandesio in Hist. Nov. Hispaniae & Raio Synon. Av. pag. 174. *Caquantototl;* a Catesbeio *Garrulus Carolinensis* Carol. T. 1. pag. 46. cum huius icone non aspernenda; a Linnæo varietas dicitur *Laxii Garruli* Syst. Nat. gen. 43. sp. 10. & a Brissonio *Turdus Bombycilla Carolinensis* T. 2. pag. 337. sp. 64. -- *Bohemico nonnihil crassitie cedit; in summo capite pennas habet cereris longiores, quas cristae in modum erigit, & ad libitum componit. Avellaneo-vinaceo colore est; uropygio cinereo; ventre pallide luteo, taenia per oculos nigra, marginibus albis; remigibus octo minoribus apice membranaceis, rectricibus apice luteis; rostro, pedibus & unguibus nigricantibus. Habitat in Carolina, & foemina a mare discrepat coloribus non ita splendentibus.*

T. CCCX. B. er 8.

PASSERA SOLITARIA, specie di Merla, o di Tordo secondo altri. — *Passer Solitarius; Merula Solitaria, & Turdus Solitarius* Aliorum. — *Passer Solitarius* Gesn. Willugh. & Raii. — *Passer Solitarius* Bellon. Aldrov. — *Parus niger, rostro oblongo* Barr. Ornith. — *Turdus, Passer Solitarius dictus* Klein. — *Turdus Solitarius dictus* Klein. — *Turdus Solitarius* Act. Upsal. — *Turdus* Solitarius *caeruleus, remigibus rectricibusque nigris, abdomine lineolis cinereis undulato* Linn. Syst. Nat. gen. 95. sp. 14. — *Turdus Merula Solitaria* Briss. T. 2. pag. 268. sp. 30. — Gall. *Le Solitaire; Paisse Solitaire.* — Angl. *Solitary Sparrow.*

LA *Passera Solitaria* così si dice comunemente per non star mai in compagnia di verun altro della sua specie fuori che sul tempo della cova, quale il Gesnero, l' Aldovrando, ed altri asseriscono essere la terza specie di

PAsser Solitarius, *quod cum nullo suae speciei unquam nisi tempore generationis versetur, vulgo dicitur, quem tertiam Aristotelis* Merulam *esse Gesnerus, Aldrovandus, aliique asserunt.* Merulus Solitarius *circa Tridentum*

vo-

di *Merla* nominata da Ariſtotile. Nelle vicinanze di Trento ſi chiama *Merla Solitaria*, e da' Romani *Merlo Stercorario*, perchè ſecondo l' Alberto credeſi frequentare i luoghi dove ſi ſcaricano gli eſcrementi umani. A Piacenza ſi nomina *Merlo Saſſatile*, ed in Firenze *Paſſera Solitaria*. La femmina è tutta oſcura, nel petto poi il più delle volte è macchiata d' un colore di cenere, e bianchiccio tranſverſalmente, e nella ſommità del capo cenerina più oſcura per aſſerzione del Willughby, avendola oſſervata a Roma. I maſchi ſono veramente più belli, e al riferire dell' Aldrovando ſplendenti dappertutto d' un colore ceruleo, o d' un ceruleo porporino. Il Willughby riferiſce aver oſſervato il maſchio eſſere in tutto il corpo, e ſpecialmente nel dorſo di detto color di porpora ſcura ma lucente.

Queſta ſpecie d' Uccello abita ſolo ne' grandi edifizj, e nelle tettoie delle maggiori Chieſe; canta ſoavemente, e in ſpecie la mattina; ne' medeſimi luoghi ancora fa il ſuo nido.

Per aſſerzione dell' Olina è molto accreditato in Genova, e in Milano per il ſuo canto. Si racconta, che Franceſco Re di Francia teneſſe in prezzo il canto di queſto Uccello, e che fuori di queſto non gli piaceſſe altro canto. Quello che da noi ſi è dimoſtrato è ſenza dubbio il maſchio.

La *Paſſera Solitaria* di ſopra deſcritta vogliono molti che ſia un Uccello diſtinto come il Willughby, il Raio, e il Briſſon fra gli altri; ma infatti per ſentimento di Linneo è il medeſimo Uccello, o almeno una mera varietà da non curarſi.

vocatur, a Romanis vero Merulus Stercoroſus, *quod in Latrinis habitare credatur, ſi Alberto credendum* Merula Saxatilis *Placentiae, &* Paſſer Solitarius *Florentiae dicitur. Foemina tota fuſca eſt, pectore ut plurimum cinereo & albido colore tranſverſim maculato, in ſummo capite vero cinereo obſcuriore colore praedita, Willughbeii ſaltem deſcriptione, cum ipſam Romae obſervatam deſcripſiſſet. Mares longe pulchriores dicuntur, & colore caeruleo, ſeu ex caeruleo purpureo undique ſplendentes Aldrovandi obſervatione. Marem quoque obſervaverat Willughbeius, ipſumque viderat univerſo corpore, dorſo praecipue obſcura purpura eleganter nitente.*

Antiquis aedificiis, & Templorum tectis ſolitarie inſidet, ac ſuaviſſime canit, mane praecipue; ibidem quoque nidificat.

Olina auctore, Genuae praecipue & Mediolani, ob ipſius cantum in pretio eſt. Narratur Franciſcum Gallorum Regem tanti huius cantum feciſſe, ut nullam praeter hanc audire dignaretur. Qui a nobis oſtenditur mas procul dubio videtur.

Paſſerem Solitarium *infra deſcriptam quamplures diſtinctam Avem volunt, ut Willughbeius, Raius, Briſſonius, aliique, ſed revera Linnaei ſententia eadem eſt Avis, vel ſaltem mera ac contemnenda varietas.*

Paſſerem Solitarium *in Oriente habitare dicitur, verum Florentiae, Romae, Tridenti, atque in tota Italia non infrequens eſt, atque hiſce locis nidificat. Nidificat vero in rupibus ſolitariis, vel ſub tegulis in Templorum, & Aedificiorum maiorum tectis, atque ova quatuor, vel quinque edere ſolet.*

Si dice la *Paſſera Solitaria* abitare nell' Oriente, ma trovaſi in Roma, in Firenze, a Trento, e in tutta l' Italia, e vi fa il ſuo nido. Compone poi eſſo nido nei luoghi alti e ſolitari, o ſotto le tegole ne' tetti delle Chieſe, e de' grandi edifizj, e ſuole partorire quattro, o cinque uova.

T. CCCXI.

B – 6. 2.

PASSERA SOLITARIA diverſa — *Paſſer Solitarius alter, ſive varius.*

QUeſta ſpecie differiſce certamente dalla volgare. Deve poi crederſi ſicuramente femmina, perchè fu preſa in Firenze allorchè covava. La *Paſſera Solitaria* dice l' Alberto dimora nelle muraglie, e vola a mangiare con le altre *Paſſere*. Si deve alimentare col medeſimo cibo, che ſi cibano i Ruſignuoli, e fra le altre coſe le ſi dà del cuore di Bove tagliato in piccoli pezzetti. Cuſtodita nelle gabbie diligentemente ſuol campare otto, o dieci anni.

A foemina ſpeciei vulgaris varia certe Avis.

Foemina vero haec videtur, cum tempore incubationis in nido Florentiae capta fuiſſet. Paſſer Solitarius *verſatur, inquit Albertus, in parietibus, & cum aliis* Paſſeribus *ad paſtum volat. Si educatur, eodem cibo, quo* Luſcinia *utitur, alendus eſt, & inter alia corde bubulo fruſtulatim diſciſſo delectatur. In caveis detentus, diligenterque cuſtoditus, octo decemque annos vivere ſolet.*

3. PASSERA SOLITARIA non molto diversa dalla comune, detta Uccello blù, o celeste, Merlo blù, o solitario, e Uccello celeste Indiano. -- *Passer Solitarius congener*; *Cyanus vel caeruleus quorundam*; *Merula caerulea, vel Solitaria, & Cyanos Indica, vel caeruleus Indicus* aliorum. -- *Passer Solitarius congener* Gesn. -- *Passeri Solitario congener* Ionst. & Willughb. -- *Cyanus Aristotelis* Gesn. -- *Cyanus* Bellon. Aldrov. & Willughb. -- *an Cyanos Indica* Raii. -- *an Caeruleus Indicus* Willughb. -- *Sylvia gula caerulea, pectore rubro* Klein. -- *Rubicilla maior saxatilis* Schwenck. -- *Dicitur Merulae vulgaris crassitie capite, gula, collo, & cervice cyaneis, dorso nigricante, alis supra fuscis, inferne & in ventre, caudaque aurantii coloris*, Kleinii *auctoritate, a quo varietas alia describitur Americana a* Catesbeio *primum detecta, atque nuncupata Rubicula Americana caerulea*. -- *A Brissonio autem dicitur Turdus Merula caerulea* T. 2. pag. 282. sp. 37. *describiturque corpore cinereo caeruleo apicibus pennarum taenia transversa, fusca donatis, albido terminatis; remigibus fuscis, oris exterioribus cinereo caeruleis; rectricibus nigricantibus; marginibus exterioribus cinereo caeruleis; ore intus aurantio; rostro, pedibus, unguibusque nigricantibus. In summitatibus montium nidificat, eandemque in altissimis praeruptis & nivosis scopulis habitare dicitur, tum in Italia, tum in Creta, Corcyra, Zacyntho, Aeubea, aliisque plurimis locis. Haec in deviis solitudinibus nidificat, pullosque ternos, aut quaternos excludit, atque ut a Rupicapris etiam tuti sint in Cavernas deorsum condit. Hisce igitur adductis, pro vera ac distincta specie habenda videretur, atque a supra descripta Tab. CCCX. ad modum diversa. Verumtamen, qui eandem observarunt, vel facile observare possunt, circa eiusdem speciem sive varietatem dubium tollant.*

4. PASSERA SOLITARIA dell' Isole Manille. -- *Passer Solitarius Manillensis. Turdus Merula Solitaria Manillensis* Briss. ibid. pag. 270. sp. 31. cum icone satis accurata. -- *Praecedentis crassitie circiter est, superne fuscus, caerulescente admixto, inferne rufus fusco, & sordide albo maculatus. Uropygio caerulescente; pectore fusco, sordide flavicante, & caerulescente vario; remigibus, rectricibusque fusco nigricantibus; rostro undecim lineis longo, fusco in exortu dilutiore; pedibus, unguibusque nigris.*

5. PASSERA SOLITARIA dell' Isole Filippine. -- *Passer Solitarius Philippensis*. -- *Turdus Merula Solitaria Philippensis* Briss. ibid. pag. 272. sp. 32. cum optima pariter icone. -- *Turdo Iliaco non nihil crassitie cedit; superne fuscus, apicibus pennarum taenia transversa, nigricante donatis, albido terminatis inferne sordide albo rufescens, fusco transversim striatus; remigibus, rectricibusque fuscis, oris exterioribus griseis; oculorum ambitu candicante, excepta basi mandibula inferioris, sordide alba; pedibus, unguibusque fuscis.*

T. CCCXII. B. -- 8. 1.

COTINGA, o TORDO del Brasile celeste, nero, e cremisi. — *Cotinga, sive Turdus Brasilienſis caeruleus, niger, simulque coccineus.* — *Turdus Brasilienſis* Gerin. Ornith. n. 245. — *an Cotinga* Briss. T. 2. pag. 344. sp. 1. — Gal. *Le Cotinga.*

IL carattere di questo genere consiste nell' avere quattro diti quasi liberi dalla loro origine di quella membrana, che in altri li collega, tre d' avanti, ed uno di dietro; le gambe coperte di piuma fino al tallone; il becco dritto superiormente convesso, e più largo, che grosso alla base; i lati della mandibula superiore smarginati verso la punta. Il nome di *Cotinga* è Americano, e dal Brisson particolarmente è stato ricevuto per distintivo di questo genere.

GEneris huius character est digitos quatuor habere membranis destitutis; tres nempe anticos, posticum unum; omnes vero usque ad exortum circiter discretos; crura ad calcaneum usque plumosa; rostrum rectum, superne convexum, basis latitudine crassitiem superante; mandibulam superiorem apice utrinque emarginatam. Cotinga *Americanum nomen est a Brissonio praesertim pro generico receptum.*

T. CCCXIII. B. -- 8. 1.

COTINGA, o TORDO del Brasile con macchia rossa o vinata nel petto a forma di croce. — *Cotinga, sive Turdus Brasilienſis macula rubra, vel vinacea, cruciformi in pectore notatus.* — *Turdus Brasilienſis* alter Gesn. Ornith. n. 216.

E' Una semplice varietà dell' antecedente diversificando soltanto da essa specie per quella macchia sanguigna, e in forma di croce, che gli si vede nel petto. In principio fu creduta da alcuni de' nostri periti artefatta, ma il nostro Marchese Gerini, che dal Brasile aveva ricevuto cinque di questi Uccel-

ANtecedentis varietas est, a quo praecipue differt macula illa purpurea cruciformi, qua in pectore insignitur. Fictitia primum ab Ornithologis existimata fuit, sed Marchio noster Gerinius, qui quinque huius Avis individua Brasilia acceperat consimili macula cruciformi orna-

celli così contraſſegnati, gli ſottopoſe a uno eſperimento deciſivo, che fecegli vedere quella macchia, quantunque rappreſentante una figura sì particolare, e che pareva probabilmente eſpreſſa dall' ingegno e artifizio degli uomini, eſſere aſſolutamente indelebile e prodotta originalmente dalla natura. Bagnò, e inzuppò cioè le penne di queſti Uccelli in tal poſto con acqua forte, e con tutto ciò niente queſte perderono della bellezza, della vivacità, e del margine nel loro colore.

ornata, ea omnia experimento ſubiecit, quod rem certo certius declarare poterat, cognovitque maculam illam, licet concinnam figuram repraeſentaſſet, & hominum ingenio efformata viſa fuiſſet indelebilem vero, & a natura fuiſſe productam; maculam nempe illam aqua forti madefecit, ſaturamque reddidit, ſed Avium pennae tali pacto coloratae nec minimum coloris illius venuſtatem, vel intenſionem, aut eiuſdem extenſionem amiſerunt.

T. CCCXIV. B. -- 7. --

COTINGA, o TORDO' dell' Indie di colore roſſo foſco variegato di verde, o violetto, e cenerino con macchie roſſe nel petto e nel ventre, con le ale bianche. — *Cotinga, ſive Turdus Indicus ſordide ruber, viridi vel violaceo & cinereo varians, maculis rubris in pectore & ventre adſperſus, remigibus candidis.* — *Turdus Indicus* Gerin. Ornith. n. 147.

TRa le ſpecie d' Uccelli nominati da Linneo, che poſſono eſſer regiſtrati ſotto queſto genere, non ſi trova che la *Velia* da eſſo chiamata *Carnefice*, la quale è già ſtata da noi dimoſtrata nel T. I. ſotto il nome di *Velia roſſa del Surinam*, e che non oſtante quì ſotto ſi torna a deſcriyere.

INter Avium ſpecies a Linnaeo enumeratas, quae ab hoc Cotingae *genere comprehendi poſſunt, non alia adinvenitur praeter* Lanium *ab eo* Carnificem *dictum, quae ſpecies iterum a nobis hic infra deſcribitur, licet Volumine I. figura ac coloribus, ſub nomine* Lanii rubri Surinamenſis *Tab. LVIII. oſtenſa ſit.*

4. COTINGA roſſa. -- *Cotinga rubra* Briſs. T. 2. pag. 351. -- *Turdus totus ruber* Klein. -- *Fringillae adfinis* Moehr. -- *Avicula de Pipizton* Seb. cum icone, ſed minus accurata. -- *Garrulus ruber Surinamenſis* Edw. -- *Lanius* carnifex *corpore rubro, faſcia oculari, remigum, rectricumque apicibus nigris* Linn. Syſt. Nat. ſp. 5. -- Conferatur Tabula noſtra LVIII. Volum. I. ac deſcriptio eiusd. pag. 74. -- *Dicitur Coccothrauſtis craſſitie, anterius ſordide rubra, poſterius coccinea; vertice coccineo; remigibus obſcure rubris, ad apicem ſubnigris, rectricibus coccineis, apice nigris; roſtro ſordide rubro; pedibus & unguibus ſordide flavis.*

5. COTINGA porporina. -- *Cotinga purpurea* Briſs. T. 2. pag. 34. ſp. 5. cum accurata icone. -- *Splendide purpurea eſt; remigibus albis; ſeptem primoribus apice fuſcis; rectricibus lateralibus interius roſeis; tectricibus alarum maioribus longiſſimis, rigidis, carinatis; roſtro griſeo, pedibus, unguibuſque nigricantibus. Turdum minorem craſſitie circiter aequat, & in Cayana habitat.*

6. COTINGA grigia-porporina. -- *Cotinga cinereo-purpurea* Briſs. ibid. pag. 349. ſp. 6. cum optima icone. -- *Praecedentem craſſitie circiter aequat e purpureo & cinereo varia: remigibus fuſcis, interius oblique candidis; rectricibus fuſcis; tectricibus alarum maioribus longiſſimis, rigidis, carinatis; roſtro griſeo-fuſco, pedibus & unguibus nigricantibus; habitatque cum praecedente in Cayana.*

7. COTINGA cenerina. -- *Cotinga cinerea* Briſſ. ibid. pag. 353. ſp. 8. -- *Guiraru Nheengeta Braſilienſibus dicta* Willughb. -- Turdum Iliacum *magnitudine circiter aequat, ſuperne cinerea, inferne alba ad griſeum dilutum vergens; taenia utrinque per oculos nigra; remigibus nigricantibus; rectricibus nigris, apice albis, roſtro pedibus & unguibus nigris. Habitat in Braſilia.*

8. COTINGA brizzolata. -- *Cotinga naevia* Briſſ. ibid. pag. 354. ſp. 9. -- *Guira-punga* Piſon. -- *Guira-punga Braſilienſibus* Marcgr. Ionſt. Willughb. & Raii. -- *Columbam magnitudine fere adaequat; cinereo, nigricante & vireſcente colore admixta, capite obſcure fuſco; remigibus nigricantibus; rectricibus cinereo & nigricante variis, viriditate admixta; oculorum iridibus e nigro caeruleſcentibus; roſtro, & unguibus nigris, pedibus vero nigricantibus. In Braſilia habitat. Foemina craſſitie mari cedit, & in toto corpore nigricat, fuſco & dilute virenti colore admixto.*

9. COTINGA bianca. -- *Cotinga in toto corpore alba.* -- *Cotinga alba* Briſs. T. eod. pag. 356. ſp. 10. -- *Guira-punga* Io. de Laet & Ionſt. -- *Media magnitudine donatur, habitat in Braſilia, & ſtentoream habet vocem, quae ad dimidiam pene leucam exauditur.*

10. COTINGA del paeſe di Mainas. -- *Cotinga Maynanenſis* Briſs. T. eod. pag. 341. ſp. 2. cum optima icone. -- *Turdo Iliaco craſſitie nonnihil cedit. Splendide caerulea, caeruleo-beryllino varia, gutture ſaturate violaceo; remigibus fuſco-nigricantibus, interius albis, oris exterioribus caeruleis; rectrice extima penitus fuſco-nigricante; roſtro fuſco, pedibus unguibuſque nigris.*

11. COTINGA di Caienna. -- *Cotinga Cayanenſis* Briſſ. T. eod. pag. 344. ſp. 3. cum accurata icone -- *Lanius Occocolin dictus* Klein. n. 6. -- *Avis de Occocolin dicta, ſpecies Pici* Seb. cum icone, ſed minus ac-

aurata. -- *Quereiva* Io. de Laet. & Ionſt. -- Turdum Iliacum *craſſitie circiter aequat. Superne nigra, apicibus pennarum caeruleo-beryllinis inferne caeruleo-beryllina; gutture & collo inferiore purpureo-violaceis; remigibus, rectricibuſque nigris, oris exterioribus caeruleo-beryllinis, rectrice extima penitus nigra; roſtro, pedibus, unguibuſque nigris.*

12. COTINGA del Meſſico, -- *Cotinga Mexicana* Briſſ. T. eod. pag. 347. ſp. 4. -- *Caxcaxtototl* Fernand. & Raii. *Magnitudine* Sturnum *aemulatur; ſubnigro, & cyaneo in toto corpore variat; caput habet parvum, oculos nigros iridibus luteis, roſtrum vero nigrum.*

Dom. Dominicus Maſotti experientiſſimus noſter Chirurgiae Profeſſor, atque apud Magnum Etruriae Ducem Regiamque Familiam Chirurgus-Lythotomus, diverſas Aves paucis ab hinc annis ab Hereditate Domini q. Bernardi Santucci Equitis ac Medici Cortonenſis, qui in Coimbrica Luſitaniae Univerſitate Medicinae atque Anatomiae Cathedram ſuſtinuerat, pretio acquiſivit; quas nos cum obſervaremus, diverſas illarum pro *Cotingae* ſpeciebus cognovimus, plurimumque inter ſe variantes, ita ut eaſdem hic enumerare, & breviter deſcribere decrevimus; & quae ſequuntur varietates ſunt.

1. COTINGA *ex ſordide rubro, violaceo, & cinereo varia, maculis rubris in pectore & ventre adſperſa, remigibus candidis. An eadem ac noſtra Tab. CCCXIV.*
2. COTINGA *collo, pectore & abdomine purpureo-violaceis, amplis maculis luteſcentibus adumbrata in collo & pectore; ſuperius univerſim caerulea nigro punctata, torque itidem caeruleo.*
3. COTINGA *dorſo ac taenia in pectore, ſive torque ſplendide caeruleo; gula, collo inferiore, & abdomine ex purpureo violaceo, maculis ex coccineo & luteſcente colore infecta, remigibus, rectricibuſque nigris.*
4. COTINGA *ſuperne ſplendide caerulea ex nigro crebro variegata, inferne ex nigro, vel ſordide purpuro-violaceo; remigibus, rectricibuſque nigris. An* Briſs. ſp. 1. pag. 340. T. 1. ſive noſtra Tab. CCCXII.
5. COTINGA *macula in ſummo pectore & in alarum rectricibus aurantii.*
6. COTINGA *ſuperne, rectricibus alarum, & torque ſplendide caerulea, gula & collo inferiore purpuro-violaceis, ſupremo abdomine purpuro-aurantio.*
7. COTINGA *gula & infimo abdomine purpuro-violacea, prope torquem vero, & in reliquis caerulea, maculis amplis luteſcentibus inſignita.*
8. COTINGA *dorſo ac taenia in pectore ſplendide caeruleis, collo inferiore & gula miniaceis, ſive late rubris; imo ventre purpureo violaceo ſaturo, vel nigricante, maculis nonnullis violaceis.*
Harum magnitudo ſive craſsities conſimilis erat, & Cotingam *noſtram Tab. CCCXII. aequabat.*

T. CCCXV. B. - 7. 2.

STORNO comune, o Storno dell' Olina pag. 18. con figura molto eſatta. — *Sturnus vulgaris.* — *Sturnus pratorum vulgaris* Klein. — *Sturnus* Geſn. Aldrov. Schwenck. Ionſt. Charl. Sibbald. Rzac. Moehr. & Briſſ. T. 2. pag. 439. ſp. 1. — *Sturnus* Aldrov. Willughb. — *Sturnus* Aldrov. & aliorum Raii. — *Sturnus vulgaris roſtro nigricante* Barr. Ornith. — *Sturnus* vulgaris *roſtro flaveſcente corpore nigro punctis albis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. — Gall. *L' Etourneau; Eſtourneau; Sanſonnet.* — Angl. *Stare; Starll; Starling.*

GLi Uccelli di queſto genere hanno il becco retto conveſso, nella cima ottuſo, e con la larghezza verſo la cima, che ſupera la groſſezza, e l' una e l' altra mandibula intera; ha quattro diti privi di membrane, cioè tre d' avanti e uno di dietro, e tutti quanti fin quaſi alla loro baſe diviſi; e hanno le gambe coperte di piume fino al calcagno. La femmina differiſce dal maſchio per non eſſere nel dorſo di color tanto lucido, e per avere tutto quanto il becco ſcuro, quando nel maſchio è tendente al giallo.

Gli *Storni* volano e ſi trattengono a branchi, e cantano inſieme con i *Tordi* comuni, e le *Tordelle*. Si cibano poi di Bachi, Scarafaggi, ed altri ſimili inſetti, e parimente di Olive, e d' altre diverſe Coccole.

La loro carne ha qualche ſpecie d' amaro, e perciò non è ricevuta alle tavole de' ricchi. Se ne vede copia grande nel meſe d' Ottobre, e avidamente ſi mangiano dal popolo. Più altre coſe intorno a queſto Uccello ſi poſſono vedere ſotto la Tav. CCCXVII.

HUius generis Aves roſtrum habent rectum, convexum, apice obtuſum, apicis latitudine craſſitiem ſuperante, utraque mandibula integra; digitos quatuor membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, omneſque uſque ad exortum circiter diſcretos; crura autem ad calcaneum uſque plumoſa. Foemina a mare diſcrepat dorſi colore non ita ſplendenti, & roſtro in tota longitudine fuſco, quod in mari flaveſcit.

Sturni *gregatim degunt, & volant, atque cum Turdis Pilaribus, & Iliacis cantant. Vermiculis, Scarabaeis, aliiſque inſectis victitant, nec non Oleae fructibus, aliiſque Baccis.*

Horum caro amarorem aliquem habet, ideoque in divitum cibum apud nos non venit. Magna vero copia Octobri praeſertim menſe capiuntur, & a pauperibus avide comeduntur. Nonnulla alia circa Avem hanc ſub Tabula CCCXVII. videantur.

T. CCCXVI. B. -- 8. --

STORNO roſeo, o Storno marino. — *Sturnus roſeus, ſive marinus.* — *Turdus roſeus capite ex nigro caeruleo, & cirro retro compto; alis & cauda nigris, roſtro ultra dimidium luteſcente,* — *Merula roſea* Ionſt. Charlet. & Edw. — *Merula roſea, ſeu Sturnus marinus* Aldrov. — *Merula roſea* Aldrovandi, Willughb. & Raii. — *Avis incognita* Bruckm. — *Turdus* roſeus *ſubincarnatus, capite, alis, caudaque nigris, occipite criſtato* Linn. Syſt. Nat. ſp. 11. — Gall. *Le Merle Couleur de roſe, ou d' incarnat.*

I Noſtri Cacciatori chiamano queſti Uccelli *Storni Marini*. Compariſcono qualche volta nelle noſtre campagne, e ſi trattengono dove ſi getta il concio; il più delle volte però ſono di paſſo, e appena ſtati ſcoperti partono; frequentemente poi ſi vedono in Germania. Nell' anno 1739. in cui abbondantemente nevicò, e lungamente le nevi ſi trattennero, ſi veddero pure in gran copia queſti Uccelli nel Mugello, e particolarmente nel territorio detto Panna, e queſti vi ſi trattennero tutto l' Inverno, fino alla ſuſſeguente Primavera, e vi fecero ancora il nido con aver fatte da quattro o cinque fino a ſei uova.

Il maſchio in queſto genere è di colore più vivo, e più bello. Le femmine hanno il capo riguardo a' colori molto ſimile a quello del maſchio, ma il collo, le ali, e la coda più nere del maſchio, o piuttoſto ſcure; e perciò quello, che vien dimoſtrato dalla noſtra figura è ſenza dubbio una femmina. Queſti Uccelli ſono generalmente molto graſſi, e molto buoni a mangiarſi.

AVem hanc Aucupes noſtri Sturnum Marinum *appellant. Hae videntur quandoque in agris noſtris, & ſaepius vero in fimo verſantur; tranſeunt ſive apparent, & abeunt; frequentius obſervantur in Germania. Anno vero* 1739. *in quo nives diutius apud nos deciderunt, magna copia huius ſpeciei Aves obſervatae fuerunt in agro Mugellano, atque in eo loco Panna nuncupato, & nonnullae per totum Hiemale tempus uſque ad inſequens Vernum manſerunt, & nidificarunt, & quatuor, quinque, & ſex interdum ova ediderunt.*

Mas in hac ſpecie coloris eſt vegetioris, & pulchrioris; foeminae caput quoad colorem mari ſimile habent, reliquas vero partes, nempe collum, alas & caudam minus quam in mare nigras, ſive potius fuſcas, atque ideo quae a pictura noſtra oſtenditur, foemina videtur. Plurimum adipis hae Aves corpori adiiciunt, & in cibo commendantur.

T. CCCXVII. B. -- 8. --

STORNO terreo. — *Sturnus colore terreo.* — *Sturnus terreus* Gerin. Ornith n. 263.

ACciocchè queſt' Opera non eccedeſſe troppo di mole per il numero delle Tavole, e per non apportare ſoverchio tedio a' noſtri Aſsociati, i quali anſioſamente aſpettano queſta Ornitologia preſto compiuta, ſtabilimmo di togliere da queſta molte Tavole di quelle, che nell' originale Geriniano ſi vedono, e perciò l' Autore di queſta Storia a quelli, che avevano l' incumbenza dell' inciſione, e miniatura di eſſe, ordinò che ne aveſsero tralaſciate alcune, e diede loro il catalogo di quelle, che preciſamente dovevanſi dimoſtrare. E' accaduto però non oſtante, che i ſuddetti hanno commeſso l' errore d' incidere ſotto il nome dello *Storno Chineſe* la figura dello *Storno terreo*, il quale errore reſta ora ſemplicemente avvertito, ma ſi promette corretto alla fine dell' Opera con dare una Tavola, che lo rappreſenti.

Se altri ſimili errori nel decorſo di queſt' Opera foſſero accaduti, egualmente e nell' iſteſſa maniera reſteranno corretti.

NE Opus hoc noſtrum nimium Tabularum numero mole exoreſceret, eiuſdemque operis ſubſcriptoribus, qui Ornithologiam hanc anxie abſolutam expectant, minus pareremus taedium, Tabulas nonnullas Gerinianae autographae Ornithologiae ſubducere decrevimus; atque ideo Hiſtoriae huius Auctor earumdem inciſoribus figuras Avium aliquas in autographa memorata Ornithologia exiſtentes ne inciderent, pingerentque interdixit, illarumque Catalogum iiſdem tantummodo tradidit, quas in edito opere oſtendendas eſſe ſtatuerat. Contigit autem nihilominus, ut inciſores ſub nomine Sturni Sinenſis *figuram* Sturni coloris terrei *errore ducti ſculpſerint. Hunc quidem errorem nos ingenue in praeſens fatemur; ſed noſtra cura, Tabula nempe ad operis huius calcem adiuncta, a qua* Sturnus Sinenſis *demonſtrabitur, hic emendabitur.*

Si alii etiam huiuſmodi errores in operis decurſu irrepſerint, omnes ipſa occaſione, eadem norma correctos promittimus.

Questo *Storno terreo* non è altro che una semplice varietà del *volgare*, volando insieme con gli altri di tal sorte. Variano anche per altri colori, imperocchè nella Provincia di Walles il Willughby ne osservò due tutti bianchi, e uno bianco col capo nero.

Sturnus *hic* terreus, vulgaris *tantum varietas dici potest, cum inter alios commixtus volare observetur; aliis etiam coloribus variat, nam in Cambria* Sturnos *duos albos viderat Willughbeius, alterum capite atro, reliquo vero corpore albo.*

T. CCCXVIII.

Fig. 1. B. -- 5. 2
Fig. 2. B. -- 7. --

Fig. 1. STORNO Indiano, detto Mino, della specie minore. — *Sturnus Indicus minor, vulgo* Mino — *Pica, seu potius Sturnus Indicus* Bont. — *Sturnus Indicus* Bontii, Willughb. & Raii. — *Cornicula, seu Monedula Indiae Orientalis* Klein. n. 12. — *Sturnus Indicus minor* Edw. — *Turdus Mainatus* Briss. T. 2. pag. 305. sp. 49. cum accurata icone. — *Gracula* religiosa *nigro-violacea, macula alarum alba, fascia occipitis nuda flava* Linn. Syst. Nat. gen. 50. sp. 1. — Gall. *Le Mainate; ou petit Mino; ou Mineur des Indes Orientales.* — Angl. *Indian Stare; or Minor from East India.*

Fig. 2. STORNO dell' Isola di Ceilan, o Zeilan. — *Sturnus Ceylanicus* Gerini Ornith. n. 264. *vel Ceylanensis.*

E' Coperto di piume tanto delicate, particolarmente nel capo, che si direbbe di toccare un velluto. Si dice di più che articola voci umane meglio del *Pappagallo*, ma che si rende molesto per il molto gracchiare.

ITa mollissimis plumis obsitum praecipue caput gerit, ut contactu holosericum tractari videatur. Multo accuratius humanas voces quam Psittacus *haec Avis imitari fertur, sed garrulitate sua importuna saepius esse.*

T. CCCXIX.

B. -- 8. 1.

STORNO Indiano, detto Mino della specie maggiore. — *Sturnus Indicus maior, vulgo Mino* Botii, Willughb. — *Cornicula, seu Monedula Indiae Orientalis* Klein. pag. 60. n. 12. — *Turdus mainatus maior* Briss. ibid. pag. 308. sp. 50. — Gall. *Le grand Mainate.* — Angl. *The greater Minor Or Mino.*

PErfettamente somiglia il precedente chiamato minore, ed ha come egli una fascia a guisa di mitra, gialla, e di una particolar figura, che gli pende dalla fronte fino agli occhi; differisce per altro da quello per la grandezza, e per avere il becco tutto giallo. Trovasi in Asia, e in specie nell' Isola d' Ifainon, e per asserzione del Bonzio nell' Isola di Borneo.

FOrma & colorum varietate cum praecedente minore perfecte convenit, atque ut ille fasciam infulatam luteam, singularis figurae ex cervice versus oculos gerit; ab illo tamen discrepat magnitudine & rostri colore per totam longitudinem flavo. Habitat in Asia, praesertim in Insula Ifaina, & Bontii testimonio in Insula Borneo.

T. CCCXX.

B. -- -- --

STORNO giallo Indiano, o sia di Bengala. — *Sturnus luteus Indicus, sive Bengalensis.* — *An Turdus Bengalensis* Klein. pag. 70. n. 30. & aliorum? — Gall. *L' Etorneau de Bengale.*

POco differisce nella grandezza dal *Tordo*.

Forse è lo stesso Uccello, del quale nemmo la descrizione fra i *Tordi* al num. 35. se non forse una varietà della medesima specie, come a sufficienza ivi pure si avverte.

MAgnitudine Turdum *paullulum antecellit.*

Eadem est forte Avis sub Turdi *genere superius n. 35. descripta, quae ibidem videatur, si non eiusdem varietas, de qua etiam ibidem sermonem egimus.*

9. STORNO bianco. -- *Sturnus albus* Aldrov. Willughb. & Briss. T. 2. pag. 444. -- *Sturnus totus albus* Ionst. -- *Sturnus candidus* Schwenck. -- *Colore in universo corpore est albo; rostro vero ex luteo rubescente, pedibus carneis. Vulgaris varietas.*

10. STORNO bianco e nero -- *Sturnus ex albo & nigro varius.* -- *Sturnus capite atro, reliquo corpore albo* Willughb. -- *Sturnus, ut Pica varius* Schwenck. -- *Sturnus leucomelas* Briss. ibid. -- *Vulgaris ut antecedens varietas.*

11.

11. STORNO col capo bianco. -- *Sturnus capite albo* Aldrov. Ionſt. & Barr. Ornith. -- *Sturnus alter* Ionſt. -- *Sturnus leucocephalus* Briſſ. ibid. pag. 445. -- Alia eiuſdem, ſcilicet vulgaris Tab. CCCXV. varietas.

12. STORNO cenerino, o bigio. -- *Sturnus cinereus* Aldrov. Ionſt. Charlet. & Briſſ. T. eod. pag. 446. -- *Sturnus tertius* Ionſt. -- *Hic quoque Vulgaris mera varietas dici poteſt.*

13. STORNO del Capo di Buona Speranza. -- *Sturnus Capitis Bonae Spei* Briſſ. ibid. ſp. 2. cum accurata icone -- *Sturnum vulgarem craſsitie aemulatur, ſuperne nigricans, inferne ſordide albus, capite & collo ſplendide nigris ad violaceum vergentibus; macula in utraque gena rotunda albo rufeſcente; ſcapularium pennarum marginibus exterioribus albis; rectricibus nigricantibus; roſtro baſi luteſcente, extremitate rubeſcente, pedibus luteis.*

14. STORNO della nuova Spagna. -- *Sturnus novae Hiſpaniae* Briſs. T. eod. pag. 448. ſp. 3. -- *Tolocatzanatl, ſeu Sturnus iunceti* Fernand. & Raii. -- *Noſtrate minor eſt in toto corpore niger; capite fuſco.*

15. STORNO della Luiſiana. -- *Sturnus Ludovicianus* Briſs. T. eod. pag. 449. ſp. 4. cum optima icone. -- *Coturnicem craſsitie circiter aequat; ſuperne fuſco & griſeo-rufeſcente varius, inferne flavus; taenia triplici in capite alba; macula in collo inferiore griſeo & nigricante varia; rectricibus griſeo rufeſcentibus; taeniis tranſverſis fuſcis variis; quatuor utrinque extimis interius candidis; roſtro candicante, apice nonnihil fuſco; pedibus & unguibus griſeis.*

T. CCCXXI. Fig. 1. B. -- 5. 1. ½ Fig. 2. B. -- 5. --

Fig. 1. MONACHINO, o Ciufolotto maſchio, — Cifolotto, o Ciuffolotto dell' Olina pag. 40. — *Rubicilla, ſeu Pyrrhula* Geſn. Aldrov. Ionſt. Willughb. Raii. Sibbald. Carlet. & Rzac. — *Pyrrhulas* Maerh. — *Rubrica* Geſn. — *Coccothrauſtes ſanguinea* Klein. — *Fringilla ſanguinea* Schwenck. — *Fringilla Rubecula* Friſch — *Paſſer Gramineus; Paſſer fuſcus* Rzac Hiſt. — *Byrriola* Scaligeri Ionſt. — *Pyrrhula* Briſſ. T. 3. pag. 308. ſp. 1. — *Loxia* Pyrrhula *artubus nigris, tectricibus caudae remigumque poſticarum albis* Linn. Syſt. Nat. gen. 96. ſp. 4. — Gal. *Pivoine; Siffleur; Groulard; Douvreuil.* — Angl. *Bul-Finch; Bull-Finch; Alp; Nope: Woop.*

E' della groſſezza della *Paſſera comune* noſtra. E' comune in Toſcana, e quantunque ſia veramente Uccello di paſſo, e che ci venga in Ottobre e parta di Maggio, non oſtante molti di queſta ſpecie reſtano, e nidificano ne' boſchi de' noſtri monti, particolarmente in quelli di Valombroſa, dove nidificano ſopra alberi alti, come ſono fra gli altri i Faggi, e covano due volte dentro l' anno, facendo quattro uova per volta.

Sono Uccelli molto docili, e molto apprezzati per cagione del loro canto. Imitano molto nella voce lo zufolo, e tanto più cantano armonioſamente ſe ſieno inſtruiti; e ciò da molti ſi pratica per eſſere Uccelli, che facilmente, come le *Paſſere di Canaria*, apprendono diverſe maniere di cantare e di fiſchiare.

CUm Paſſere domeſtico *craſſitie convenit. Copia obſervatur in Etruria, & licet migratoria ſit Avis, Octobri menſe ut plurimum adveniens, & Maio diſcedens, tamen huius plures permanent in ſylvis noſtris praeſertim montium Vallis Umbroſae, ibidemque duas in anno incubationes perficiunt, nidumque ſupra Fagos, aliaſque proceras arbores ſtruunt, & in illis ova quatuor ſingula incubatione ponunt.*

Aves ſunt perquam dociles, & cantus gratia maximo apud nos pretio. Fiſtulam voce ſua quam proxime imitantur; magiſque armonice canunt ſi inſtruantur; quae exercitatio a multis peragitur, cum facile hae Aves, aeque ac Paſſeres Canarienſes *cantus vel ſibili aliquos metros addiſcant.*

Fig. 2. MONACHINO, o Ciuffolotto femmina. — *Rubicilla, ſeu Pyrrhula foemina.*

IL *Monachino* ſi ciba volentieti di quei bottoni, che gli alberi gettano avanti le foglie e i fiori, ſiccome di tutte le biade minori, e di varie ſpecie di coccole, fra le quali particolarmente quelle di Sambuco aquatico, e di Salatro e di tutti i Vermi ancora.

Dice l' Aldrovando che la femmina canta egualmente che il maſchio, coſa che non ſuccede negli altri Uccelli. Di queſta medeſima ſpecie trovanſi alcune varietà, le quali ſono ſtate da noi deſcritte quì ſotto a' loro numeri.

LIbentiſſime veſcitur Rubicilla *primis illis gemmis ex arboribus ante folia & flores erumpentibus, nec non ſeminibus fere omnibus cerealibus minoribus, ac baccis, Sambuci praeſertim, & Solani, & Vermibus.*

Foemina, inquit Aldrovandus, non minus quam mas canit, ſecus ac in pleriſque Avium generibus. Huius ſpeciei varietates aliquae inveniuntur, quae a nobis deſcriptae ſunt infra in ſuis quaeque numeris.

T. CCCXXII. Fig. 1. & 2. B. – 5. 1.

Fig. 1. MONACHINO rosso scherzoso. — *Rubicilla, sive Pyrrhula rubra, naturae lusus.*
Fig. 2. MONACHINO bianco scherzoso. — *Rubicilla, sive Pyrrhula alba, naturae lusus.*

SE si vogliono allevare in gabbia devonsi governare come i *Rusignuoli*, vale a dire di pasta fatta con le noci, pezzetti di cuore, e bachi. Campano soltanto quattro o cinque anni.

SI huius generis Aves in caveis educantur, eodem cibo vescuntur, quo Lusciniae *nutriuntur, scilicet pulte cum nucibus praeparata, ac cordis carne vituliana, frustulatim discissa, & vermibus. Quatuor vel quinque annos tantum vivunt.*

T. CCCXXIII. Fig. 1. B. -- 5. 1. Fig. 2. B. -- 5. --

Fig. 1. MONACHINO di Bengala con la testa gialla. — *Rubicilla Bengalensis vertice flavo.* — *Passer Bengalensis* Klein. & Briss. T. 3. pag. 95. sp. 11. — *Loxia* Bengalensis *grisea, pileo flavo, temporibus albidis, abdomine albido fusco maculato* Linn. Syst. Nat. sp. 23. — Gall. *Le Moineau de Bengale; ou Moineau de Bengale de tête jaune.* — Angl. *Bengale Sparrow.*

LA femmina di questa specie molto si rassomiglia al maschio; pure è di colori più oscuri, ed ha anch' essa nel petto una fascia traversa scura, ma più stretta che nel maschio.

FOemina huius speciei satis bene cum mare convenit; attamen coloribus imbuitur obscurioribus. Pectus ipsius taenia equidem insignitur transversa fusca, sed minus quam in mare lata.

Fig. 2. MONACHINO Indiano in gran parte rosso, col ciuffo del medesimo colore. — *Rubicilla Indica tota ferme rubra, crista pariter rubra* — *Rubicilla Indica* Gerin. Ornith. n. 269.

T. CCCXXIV. Fig. 1. B -- 5. -- Fig. 2. B. -- 6. 1.

Fig. 1. MONACHINO d' Angola detto di Paradiso. — *Rubicilla Angolensis, Paradisiaca dicta.* — *Passer Angolensis, Paradisaeus dictus, capite rubro, & pectore nigro, & albo maculatus* Edw. T. 4. Tab. 180. — *Passer Cardinalis Angolensis* Briss. T. 6. in supplem. pag. 78. sp. 69. — *Loxia* erythrocephala *cinerascens, capite purpurascente, pectore albo maculato* Linn. Syst. Nat. sp. 9. — Gall. *Le Moineau du Paradis.*

TRovasi in Angola regione d' Affrica, e in Portogallo dove qualche volta si vede statovi recato dall' Affrica; chiamasi volgarmente *Passero di Paradiso*. Il genere di *Monachino* differisce propriamente dalla *Passera* nel becco a cono appuntato, e di sopra e di sotto convesso, con la mandibola di sopra un poco oncinata.

IN Angola Africae regione habitat, atque Ulyssipone ubi aliquando ex Africa deportatur; dicitur vulgo Passero de Paradiso. Pyrrhulae *genus a* Passere *proprie dicto differt rostro conico attenuato, superne & inferne convexo, mandibula superiore aliquantulum adunca.*

8. MONACHINO tutto nero, -- *Rubicilla, sive Pyrrhula nigra,* -- *Pyrrhula nigra* Briss. T. 3. pag. 313. -- *Coccothraustes atricapilla* Klein. 96. n. 11. -- *Rubicilla nigra* Alb. -- *Loxia* panicivora *nigra, ala spuria alba, rostro incarnato* Linn. Syst. Nat. sp. 12. -- *Tota nigra est; acumine remigum albo; translucentibus micis aureis in pectore - Varietas nostrae T. CCCXXI. est, variatque rostro saturate cinereo, vel rubro, ac pedibus incarnatis observatione* Albini. *Vide etiam n. 11. cui valde haec affinis est.*

9. MONACHINO bianco, -- *Rubicilla, sive Pyrrhula candida* Schwenck. & Briss. ibid. -- *Per universum corpus pennis vestitur candidis, paucis exceptis plumulis nigriusculis elucentibus in dorso. Superioris quoque tantum vel nostrae sub T. CCCXXI. descriptae varietas.*

10. MONACHINO d' Amburgo, *Rubicilla sive Pyrrhula Hamburgensis. Pyrrhula Hamburgensis* Briss. T. 3. pag. 314. sp. 2. -- *Picus Hamburgensis* Alb. -- *Nostram crassitie paullulum antecellit, superne fusco flavicat, maculis longitudinalibus nigris varia; inferne alba; pectore dorso concolore; taenia transversa in collo inferiore fusca; duplici taenia in alis transversa candida; rectricibus superne obscure fuscis, inferne candidis; rostro nigro. Habitat circa Hamburgum. Picorum more arbores scandit, & Insectis victitat.*

11. Mo-

11. MONACHINO nero del Meſſico. -- *Rubicilla, ſive Pyrrhula nigra Mexicana.* -- *Coccothrauſtes nigra* Klein. pag. 95. n. 6. -- *Rubicilla minor nigra ;* Maripoſa *nigra Hiſpanis* Catesb. -- *Pyrrhula Mexicana nigra* Briſs. T. 3. pag. 316. ſp. 3. -- *Loxia* nigra *macula alba, humeri remigumque duarum exteriorum* Linn. Syſt. Nat. ſp. 28. -- *Serinum Canarium craſſitie circiter aequat ; roſtro, pedibus & unguibus concoloribus, ſcilicet nigris.*

12. MONACHINO nero d' Affrica. -- *Rubicilla. ſive Pyrrhula Africana nigra.* -- *Pyrrhula Africana nigra* Briſs. ibid. pag. 317. ſp. 4. -- *Coccothrauſtem noſtratem craſſitie circiter aequat, qua a ſuperiore & macula in alis candida differt ; illa enim marginibus tantum alarum candidis donatur. Haec inſuper differt roſtro, pedibus & unguibus cinereis.*

13. MONACHINO nero d' Affrica minore -- *Rubicilla vel Pyrrhula Africana nigra minor.* -- *Pyrrhula Africana nigra minor* Briſſ. ibid. pag. 319. ſp. 5. cum optima icone. -- Linariam *minimam craſsitie circiter aequat ; ſuperne nigro virideſcens, inferne alba ; capite tribus maculis albis inſignito ; remigibus nigris, a quarta ad ſeptimam prima medietate albis, minoribus in exortu interius albis, rectricibus ſuperne nigro-virideſcentibus, inferne nigris ; roſtro nigro, pedibus & unguibus cinereis. Habitat in Africae oris, Anno* 1754. *ad clariſſimam Foeminam de Pompadour viva advecta fuit.*

13. MONACHINO turchino del Braſile -- *Rubicilla ; ſive Pyrrhula Braſilienſis caerulea.* -- *Pyrrhula Braſilienſis caerulea* Briſſ. T. eod. pag. 321. ſp. 6. cum optima pariter icone. *Rubicillam noſtram, ſive vulgarem craſſitie paullulum antecellit ; ſaturate caerulea, macula nigra roſtrum inter & oculos utrinque poſita ; rectricibus alarum ſuperioribus minoribus ſplendide caeruleis ; remigibus rectricibuſque nigris, oris exterioribus ſaturate caeruleis ; roſtro nigricante, pedibus & unguibus griſeis.*

14. MONACHINO turchino della Carolina. -- *Rubicilla, ſive Pyrrhula Carolinenſis caerulea.* -- *Coccothrauſtes caerulea* Klein. pag. 95. n. 7. -- *Pyrrhula Carolinenſis caerulea* Briſs. Tom. eod. pag. 323. ſp. 7. -- *Loxia* caerulea *alis fuſcis faſcia baſeos purpurea* Linn. Syſt. Nat. ſp. 29. -- *Praecedentem craſſitie circiter aequat ; capite & trunco caeruleo donatur ; alis & cauda fuſcis in viridem colorem vergentibus ; in rectricibus rubicunda linea tranſverſali ; linea nigra anguſta ad radicem roſtri nigricantis ; pedibus nigris. Foemina a mare differt corpore univerſo fuſco paucis pennis caeruleis intermixtis. Rariſſima eſt & maxime ſolitaria haec Avis. Duae ſimul, nec plures unquam viſuntur, mas ſcilicet & foemina.*

15. MONACHINO violetto della Carolina. -- *Rubicilla, ſive Pyrrhula Carolinenſis violacea.* -- *Pyrrhula Carolinenſis violacea* Briſs. T. eod. pag. 324. ſp. 8. -- *Craſſitie Fringillam circiter aemulatur ; obſcure violacea, ventre candido, remigibus interius fuſcis, rectricibus prima medietate obſcure violaceis, altera fuſcis. Foemina a mare diſcrepat, corpore toto fuſco, pectore pariter fuſco, albis maculis variegato.*

16. MONACHINO violetto o porporino dell' Iſola di Bahama. -- *Rubicilla, ſive Pyrrhula Bahamenſis violacea, vel purpurea* -- *Coccothrauſtes purpurea* Catesb. & Klein. pag. 95. n. 9. -- *cum Paſsere domeſtico craſſitie circiter convenit ; in univerſo corpore ſaturate violacea, ſupra oculos, ſub gula & cauda maculis rubris inſignita. Foemina a mare differt, univerſo corpore fuſco, maculis tamen rubris, ut in mare.*

17. MONACHINO d' America col ciuffo. -- *Rubicilla, ſive Pirrhula Americana criſtata.* -- *Coccothrauſtes Phaenicuri ſpecies* Klein. pag. 95. n. 10. -- *Avis Americana Rubicilla* Seb. -- *Pyrrhula Americana criſtata* Briſs. T. eod. pag. 327. ſp. 10. -- *Craſſitie Rubicillam noſtratem multum ſuperat. Roſtro albo, capite nigro, ad pectus, & in collo maculis nigris, pectore, & ventre cyaneis, alis, cauda, dorſoque purpureis.*

T. CCCXXIV. Fig. 2.

CROCIERO, o Crociere. — *Loxia vel Curviroſtra*, — *Loxia* Aldrov. Ionſt. Willughb. Raii, Alb. Friſch. & Briſs. T. 3. pag. 329. ſp. 1. cum optima icone. — *Loxia ſeu Curviroſtra* Charlet. & Sibbald. — *Loxia Geſneri ; Curviroſtra* Schwenckfeldii — *Crucifera ; Cruciata.* Rzac. Anct. Hiſt. — *Trogon Delechampio* Rzac. Hiſt. — *Loxia nigricans, pectore & ventre purpureis* Barr. Ornith. — *Coccothrauſtes Curviroſtra* Klein. pag. 96. n. 13. — *Loxia* Curviroſtra *roſtro forficato* Linn. Syſt. Nat. ſp. 1. gen. 96. — Gall. *Le Bec-croiſé.* — Angl. *Croſſ-Bill* :

QUeſto genere, per quanto è a noſtra notizia, è corredato d' una ſola ſpecie. Queſt' Uccello ha il becco groſſo, duro, robuſto, nero, ricurvo dall' una, e l' altra parte, e colle mandibule, a differenza di tutti gli altri, che in punta s' incrociano. Imperocchè l' inferiore s' incurva al di ſopra in una punta acuta, e la ſuperiore tende al di ſotto ; ma non per altro ſempre la curvatura oſſerva i medeſimi lati, poichè in moltiſſimi la ſuperiore pende dalla parte deſtra, e l' inferiore s' alza dalla ſiniſtra ; in altri al contrario la mandibula inferiore piega a deſtra, e la ſuperiore a ſiniſtra.

UNica ſpecie genus hoc, quoad notitiam noſtram, inſtruitur. Avis haec roſtrum craſſum, durum, robuſtum, nigrum, ab utraque parte recurvum, atque mandibulis verſus ſummitatem ſe decuſſantibus, contra aliarum omnium Avium normam habet. Inferior enim in acutum mucronem attenuata ſurſum incurvatur ; ſuperior deorſum tendit ; nec tamen idem ſemper latus obſervant ; in nonnullis enim ſuperior a dextra parte dependet, inferior a ſiniſtra aſſurgit ; in aliis contrario ſitu inferior ad dextram pergit, ſuperior ad ſiniſtram.

Aſ-

Aſ-

Asseriscono quasi tutti, che quest' Uccello tre volte l' anno muti i colori; che nell' Autunno sia verde, nell' Inverno giallo, e nella Primavera rosso. Il Gesnero asserisce, che nel petto; nel ventre, e nel collo sia rosso, e che dipoi divenga giallo, il che per la varietà dell' età, e degli anni sembra esser cosa verisimile a potere accadere; poichè per le medesime cause s' osserva in vari Uccelli non di rado un diverso colore. Tenuto in gabbia a guisa de' *Pappagalli*, arrampicandosi con il becco e con i piedi, passeggia per quella.

E' un Uccello voracissimo, e per lo più si ciba di semi di Canapa, ed ingrassa; ama molto i semi d' Abete, e di Cipresso, e nel mese di Febbraio specialmente negli Abeti vi fa il suo nido. Dicono, che con un colpo solo di becco apra i coni del Cipresso, e dell' Abete per cibarsi de' semi in quelli rinchiusi. Molti si trovano nella Germania, nella Baviera, e nella Svezia per tutto l' anno. Trovansi anche in Inverno nelle montagne della Francia, dove sono selve d' Abeti, particolarmente nel Lionese, ed ivi sulla Primavera ed Estate scendono al piano, dove sono orti per mangiare i semi o mandorle delle frutte, e perciò cagionano molto danno a' coltivatori di orti e giardini. Ne' nostri paesi non compariscono tutti gli anni, ma per altro durano a venirci alcuni anni di seguito, e allora sempre in gran numero.

Aserunt fere omnes Avem hanc ter in anno colores mutare, Autumno viresçere, Hieme flavesçere, Vere rubesçere. Gesnerus eam in pectore, collo, & ventre rubesçere ait, dein flavesçere; quod pro aetatis, aut anni tempestatum varietate, verisimillimum accidere posse videtur, nam iisdem de caussis in variis avibus diversus color non raro observatur. Cava eis inclusa Psittacorum *more, rostro, pedibusque sursum, ac deorsum reptat.*

Avis est voracissima, seminibus Cannabis maxime delectatur ac pingueścit, gaudet etiam nucleis Abietinis, & Cupressinis, & in Abietibus praecipue Februario mense nidificat. Aiunt eam uno vel altero rostri ictu Cupressus, vel Abietis conos discindere, ut nucleis vescatur. In Germania, Bavaria, Svevia, inveniuntur plurimae per totum annum. In Galliae etiam montibus per Hiemem degunt, praesertim in Lugdunensi Provincia, ibidemque sub Vere & Aestate ad planities descendunt, hortosque frequentant, ut pomorum nucleis vescantur, ideoque magnum Hortulanis detrimentum inferunt. Ad nos non singulis annis advolant hae Aves, quandoque vero per plures continuos adventant, semper vero magno numero.

Dice l' Aldrovando che il *Crociere* nel tempo d' Inverno, quando è tutto diacciato, e gli altri Uccelli non cantano, esso sciolga la lingua al canto, ed al contrario poi nell' Estate quando gli altri Uccelli cantano, esso s' astenga dal cantare. Allorchè canta, canta poi soavemente.

Inquit Aldrovandus, Loxiam *Hiemali tempore, quo frigore omnia rigent, & caeterae Volucres obmutescunt, canere; & Aestate cum caeterae canunt, eam a cantu abstinere. Cantat autem suaviter.*

T. CCCXXV. B. -- 6. -- 1. --

FROSONE, o Frusone comune. — *Coccothraustes vulgaris* Gesn. Aldrov. Charlet. & Raii. — *Coccothraustes* Gesn. Ionst. Schwenck & Briss. T. 3. pag. 219. — *Coccothraustes simpliciter* Klein. pag. 94. n. 1. — *Enucleator* Frisch. — *Loxia* Coccothraustes *linea alarum simplici alba, rectricibus latere tenuiore basios albis* — Linn. Syst. Nat. gen. 96. sp. 2. — Gall. *Legros-Bech, ou Gros-Bech ordinaire.* — Angl. *Gros-Beak; or Haw-Finch.*

I Caratteri generici del *Frusone* consistono in avere quattro dita non collegate da membrana; tre davanti, e uno di dietro, tutti liberi: nelle gambe coperte di piuma fino al calcagno; nel becco conico corto, e con l' apice di esso cono grossa e corta; in tutte due le mandibule intiere e dritte, con la base del becco quasi larga quanto la testa. Dove il maschio è di color castagno, cioè per di sopra, la femmina è cenerina, nel di sotto è bianca, ed ha le due penne esteriori della coda per di sotto bianche fino a mezzo.

COccothraustis *generis character est, digitos habere quatuor membranis destitutos, tres scilicet anticos, posticum unum: omnes circiter ad exortum usque discretos; crura ad calcaneum usque plumosa; rostrum conico-attenuatum in apicem crassum & brevem exiens; mandibulam utranque rectam integram, rostri basi caput latitudine fere aequante. Ubi mas castaneo colore imbuitur, scilicet superne, foemina cinerea est, imo ventre albo; rectrice utrinque extima ultima medietate interius alba,*

T. CCCXXVI. B. -- 7. --

FROSONE MATTUGIO — *Coccothrauſtes ſtulta* Gerin. Ornith. n. 273.

TAnto queſta varietà, quanto il *Froſone* comune, ed un' altra dipinta nella Raccolta Geriniana al n. 272. macchiata di giallo e nero ſotto la gola, ed il petto vinato, ſi vedono, e ſi prendono in Toſcana.

I *Froſoni* ne' noſtri luoghi compariſcono in Ottobre e partono di Marzo; qualcuno per altro ſi trattiene e cova, e allora fa il nido nelle buche degli alberi, facendo quattro uova, e qualche volta cinque e ſei.

Trovaſi in copia intorno a Francfort ſul Meno, e in molti altri luoghi della Germania, ſiccome in Italia; raramente poi, e ſoltanto in Inverno ſi vede in Inghilterra.

Schiaccia in un momento i noccioli dell' Ulive, e delle Ciliege, mangiando avidamente le mandorle in eſſi contenute; mangia per altro volentieri anco il ſeme di Canapa, il Panico ec. e per fino i nuovi getti e bottoni degli alberi, come fa il Monachino.

HAec varietas cum alia quoque ſulphureis & nigris maculis ſub gula adſperſa, pectore vero vinaceo, atque in Ornithologia Geriniana ſub num. 272. depicta, fere quotannis in Etruria capitur.

Huius generis Aves apud nos menſe Octobri adveniunt, atque Martio diſcedunt; nonnumquam vero manent, atque nidificant, & tunc in foraminibus arborum nidum conſtruunt, & ova plerumque quatuor, interdum quinque & ſex ponunt.

Circa Francofurtum ad Moenum, & alibi in Germania & in Italia frequens eſt; raro nec niſi Hieme ad Anglos advolat.

Olivarum & Ceraſarum oſſicula expedite frangit, quorum nucleis avide veſcitur; delectatur etiam ſemine Cannabis, Panici &c. quin & gemmas arborum appetit velut Rubicilla.

T. CCCXXVII. Fig. 1. B. -- 4. -- Fig. 2. B. -- 3. 2.

Fig. 1. FROSONE della China maſchio. — *Coccothrauſtes Sinenſis mas* Briſs. T. 3. pag. 235. ſp. 7. — *Paſſer Chinenſis* Alb. & Edw. — *Paſſer fuſcus capite nigro* Klein. pag. 90. n. 19. — *Fringilla* Chinenſis *ferruginea capite atro, roſtro caeruleo* Linn. Syſt. Nat. gen. 98. ſp. 29. — Gall. *Le Groſ-bec de la Chine.* — Angl. *The Chineſe Sparrow.*

Fig. 2. FROSONE della China femmina. — *Coccothrauſtes Sinenſis foemina &c. cui omnia ſupra expoſita Synonima adiungi poſſent.*

REalmente il maſchio, per quanto vien detto dagli Autori, non è tanto roſſo, ma piuttoſto è di color caſtagno tolto il capo, e la femmina è quaſi tutta di color cenerino ſcuro.

Il *Froſone* di Giava deſcritto dal Briſſon Tomo VI. pag. 237. e da eſſo pur figurato, quantunque ſi dica di color dilavato, e col petto bianco, non oſtante ſi dice ſemplice varietà di queſto noſtro, nè da Linneo pure è ſeparata.

MAs revera, ut ab Auctoribus deſcriptus eſt, non ita rubeſcit, ſed caſtaneo potius colore excepto capite imbuitur; atque foemina in univerſo fere corpore cinereo-fuſca eſt.

Coccothrauſtes *Iavenſis Briſſonii Tom. VI. pag. 237. deſcriptus, & figura demonſtratus, licet colore dilutiore & pectore albo indicetur, varietas tantum eiuſdem Chinenſis noſtri dicitur, & a Linnaeo non ſeiungitur.*

T. CCCXXVIII. Fig. 1. B. -- 4. 1. 2/1 Fig. 2. B. -- 3. 2. 1/2

Fig. 1. FROSONE bigio della China ivi chiamato Padda, e da alcuni detto Cardinale cenerino del Braſile, e anche Uccello del Riſo. — *Coccothrauſtes Sinenſis cinerea Padda vocata, aliis Cardinalis cinereus Braſilienſis dicta, & Oryzae Avis, & Oryzivora.* — *Coccothrauſtes caeruleſcens* Klein. pag. 96. n. 12. — *Coccothrauſtes Sinenſis cinerea* Briſſ. T. 3. pag. 245. cum optima icone. — *Loxia* Oryzivora *fuſca, temporibus albis, roſtro rubro* Linn. Syſt. Nat. gen. 96. ſp. 11. — Gall. *Le Groſ-bec de la Chine, ou l' Oiſeau de Riz appellè Padda.*

PRopriamente, o più frequentemente queſt' Uccello abita nell' Iſola di Giava. Il maſchio

PRoprie vel frequentius in Inſula Iava habitat. Mas interdum magis ſuperne in dorſo

ſchio il più delle volte al di ſopra, e particolarmente nel dorſo, è ceruleo variegato a ſquamme, e nella parte inferiore o nel ventre di penne roſſe ſparſe in quà, e in là. La femmina nella parte ſuperiore s' oſſerva nera più toſto che cinerea, differiſce però nel becco, nel giro degli occhi molto meno roſſi, nelle guance non macchiate di bianco, ne' margini dell'ale ſegnati di bianco, e nel baſſo ventre, e nelle penne inferiori della coda bianche. Abita nella China, e nell' Iſola di Giava.

ſo caeruleſcit, & ſquamatim variegatus eſt, inferne vero ſive in ventre rubris pennis interſperſis pariter variegato. Foemina autem ſuperne nigra potius quam cinerea obſervatur; differt roſtro & oculorum ambitu multo minus ſplendide rubris, genis macula candida deſtitutis, marginibus alarum albo inſignitis, & imo ventre inferioribuſque caudae tectricibus albis. In Sina & Iava Inſula habitat.

Fig. 2. FROSONE brizzolato di Giava. — *Coccothrauſtes Iavenſis naevia* Briſs. T. 3. pag. 239. ſp. 9. cum optima icone. — *Paſſer Indicus, fuſcus, ventre ex albo & nigro punctato* Edw. cum optima pariter depicta icone Tab. 40. — *Paſſer varius maculatus* Klein. pag. 90. n. 18. *quem Auctor hic foeminam ſuſpicatur* Paſſeris Sinenſis ferruginei *eiuſdem pag. 89. n. 6.* — *Loxia* punctulata *ferruginea, abdomine nigro albo maculato* Linn. Syſt. Nat. ſp. 13. — Gall. *Le Groſ-bec tacheté de Iava; Moineau de Iava.* — Angl. *Gowri*.

T. CCCXXIX. B. - 7. -

FROSONE di Virginia detto Cardinale col ciuffo. — *Coccothrauſtes Virginiana vulgo Cardinalis criſtatus dicta* Briſs. T. 3. pag. 253. ſp. 17. — *Coccothrauſtes Indica criſtata* Aldrov. Willughb. Raii Alb. & Klein. — *Coccothrauſtes*; *Cardinalis* Charlet. — *Coccothrauſtes Indica* Ionſt. — *Coccothrauſtes Capenſis ruber roſtro hiante* Petiv. — *Enucleator Indicus*; *Luſcinia Virginiana*; *Coccothrauſtes criſtata* Friſch. — *Loxia maior rubra* Brown. — *Coccothrauſtes rubra* Catesb. — *Pſittacus criſtatus ruber* Seb. — *Loxia* Cardinalis *rubra, facie nigra* Linn. Syſt. Nat. gen. 96. ſp. 5. — Gall. *Le Groſ-bec de Virginie dit vulgairement le Cardinal hupé.* — Angl. *Virginian Nightingale; Red groaſ-beak of Virginia.*

QUeſt' Uccello è ſimile alla *Merla*, o poco meno, circondato da collana nera negli occhi, e nel becco. Il becco lo ha ſimile, o poco più corto di quello della ſpecie volgare. E' dotato d' una creſta acuta nel capo, la quale ſovente ſi muove sì verſo il becco, come verſo la coda. E' d' un colore di ſcarlatto belliſſimo da per tutto, ma nella coda e nel capo è più dilavato. Vien portato ſpecialmente dalla Virginia, e per il canto ſoave ſi coſtuma nell' Inghilterra e nell' Olanda tenerlo in gabbia.

Da' Portugheſi vien chiamato *Cardinale*, forſe perchè è un Uccello roſſo, e ſi vede portare un ciuffo roſſo. Nella voce imita moltiſſimo il *Ruſignuolo*; ſi ciba di Panico, di Noci, di piccole mandorle, e dell' erba Alſine.

Guardandoſi nello ſpecchio, e vedendo la ſua figura ſi torce in maraviglioſe maniere fiſchiando, e abbaſſando la creſta, e alzando la coda a guiſa de' *Pavoni*, battendo le ali, e finalmente dà de' colpi allo ſpecchio col becco. Nella ſtagione caldiſſima, per quello, che ci è noto, ſpeſſiſſimo s' immerge nell' acqua. E' d' indole manſuetiſſima, e offertogli il cibo colle mani lo prende.

MErulae *par eſt, aut paullo minor; torques niger oculos, & roſtrum cingit. Roſtrum aequale vulgari, aut paullo brevius. Caput criſta faſtigiata inſignitur, quam ſaepius motitat, tam verſus roſtrum, quam verſus caudam. Color totius pulcherrimus coccineus; in capite & cauda dilutior. E Virginia praeſertim advehitur, & ob cantum egregium in Anglia & in Hollandia alitur.*

Luſitanis Cardinalis *vulgo appellatur, forte quia purpurea eſt Avis, galerumque purpureum geſtare videatur. Voce maxime* Luciniam *imitatur. Panicum, Nuces, parvas Amygdalas, Alſinem herbam avide devorat. Viſa in ſpeculo icone ſua mirificis modis geſticulatur ſibilos edendo, criſtam deponendo, caudam more* Pavonum *erigendo, alas motitando; tandem ſpeculum roſtro impetit. Temperies ei calidiſſima, quod inde innoteſcit, quia in aquam ſeſe ſaepe immergat. Ingenio eſt manſuetiſſimo, cibumque e manibus oblatum accipit.*

T. CCCXXX.

FROSONE turchino, o celeſte d' Angola, detto da altri turchino, e nero della China. — *Coccothrauſtes caeruleus Angolenſis, aliis Coccothrauſtes caeruleus remigibus maioribus, rectricibuſque nigricantibus Chinenſis.* — *Coccothrauſtes caeruleus Angolenſis* Edw. Tab. 125. — *Coccothrauſtes Angolenſis cya-*

nea

nea Briſs. ſp. 19. — *Loxia* cyanea *caerulea, remigibus rectricibuſque nigris* Lagerſtr. Chin. & Linn. Syſt. Nat. ſp. 17. — Gall. *Le Groſ-bec bleu d' Angola* - — Angl. *The blew Groſſ-beak of Angola*.

TRovaſi nelle ſpiagge d' Angola in Affrica, e da' Portugheſi, che vi commerciano è molto ricercato per eſſere un Uccello belliſſimo, e per la ſua docilità molto ſtimato. Volgarmente ſi chiama da queſti *Azzola*.

IN Angolenſibus littoribus tantummodo invenitur, & a Luſitanis in Africae illis regionibus mercaturam facientibus ob colorem eiuſdem pulcherrimum & Avis docilitatem maximi aeſtimatur perquirituruque. Vulgo ab his Axula *appellatur*.

9. FROSONE del Capo di Buona Speranza. -- *Coccothrauſtes Capitis Bonae Spei* Briſſ. T. 3. pag. 225. ſp. 2. cum accurata icone. -- *Craſſitie Montifringillam circiter aemulatur; corpore viridi-olivaceo-fuſco, gutture, ventreque luteis, taenia ſupra oculos flava; rectricibus lateralibus fuſcis; oris exterioribus viridi-olivaceo-fuſcis; roſtro corneo colore tincto; pedibus & unguibus griſeo fuſcis*.

10. FROSONE del Capo di Buona Speranza giallo. -- *Coccothrauſtes lutea Capitis Bonae Spei* Briſs. T. eod. pag. 227. ſp. 3. cum accurata icone maris. -- *Paſſerem domeſticum craſſitie circiter aequat, & ab antecedenti differt inferna corporis parte ſplendide lutea. Foemina a mare diſcrepat coloribus non ita vividis*.

11. FROSONE dell' Iſola di Caienna. -- *Coccothrauſtes Cayanenſis* Briſs. T. eod. pag. 229. ſp. 4. cum accurata icone. -- *Cum ſuperiori craſſitie convenit, ſuperne viridi-olivacea, inferne flavo-olivacea; roſtri baſi nigro circumdata; gutture nigro; rectricibus viridi-olivaceis; roſtro ac pedibus cinereis*.

12. FROSONE di Gambia, o della Coſta di Guinea. -- *Coccothrauſtes Gambeenſis, ſive Guineenſis*. -- *Coccothrauſtes Gambeenſis* Briſs. T. eod. pag. 230. ſp. 5. -- *Coccothrauſtes cinerea tota, capite nigro* Klein. n. 2. -- *Coccothrauſtes Fambogia* Alb. -- *Loxia* menalocephala *lutea; capite atro* Linn. Syſt. Nat. ſp. 26. -- *Coccothrauſtem noſtratem craſſitie circiter aequat; toto corpore luteo, virideſcente admixto, exceptis capite & collo nigris; roſtro & pedibus cineraſcentibus - In Gambeenſi Regno ad Guineae ripam habitat*.

13. FROSONE dell' Iſole Filippine, chiamato Toucnam-Courvi. -- *Coccothrauſtes Philippenſis, indigenis Toucnam Courvi* Briſs. Tom. eod. pag. 232. ſp. 6. cum optima maris icone - -- *Paſſerem domeſticum craſſitie circiter aemulatur; ſuperne fuſca, marginibus pennarum in dorſo luteis, in uropygio albidis; inferne ſordide albo flaveſcens; genis, & gutture fuſcis; vertice & pectore luteis; rectricibus fuſcis, oris exterioribus dilute rufeſcentibus; roſtro fuſco, pedibus flavicantibus, unguibus griſeis. Foemina vero ſuperne eſt fuſca marginibus pennarum rufeſcentibus; inferne dilute rufeſcens; uropygio rufeſcente; rectricibus fuſcis, oris exterioribus dilute rufeſcentibus - Maxime ſingularis figurae nidum conſtruunt huius ſpeciei Aves. Nidus nimirum conflatur foliorum fibrillis intertextis, & quodammodo ſacculum efficientibus, ad unum latus apertum, cuius aperturae adaptatur tubulus longus, iiſdem foliorum fibrillis conflatus, deorſum reflexus, & in infima parte apertus, ita ut nidi foramen nullo modo ſit conſpicuum. Nidi autem iſti in ipſorum ſuperiore parte ramulorum arborum ſummitatibus alligantur*. Briſſonius *huius quoque nidi figuram habet*.

14. FROSONE dell' Iſole Mollucche. -- *Coccothrauſtes Molluccenſis* Briſs. Tom. eod. pag. 241. ſp. 10. cum optima icone. -- *Craſſitie Paſſeri campeſtri multo cedit; ſuperne dilute fuſca, inferne nigro, & ſordide albo tranſverſim ſtriata; capite anteriore, collo inferiore, rectricibuſque nigris; mandibula roſtri ſuperiore nigricante, inferiore griſea; pedibus, & unguibus fuſcis*.

15. FROSONE dell' Iſola di Borbone. -- *Coccothrauſtes Borbonica indigenis* Iacobino *dicta* Briſſ. T. 4. pag. 243. ſp. 11. cum optima pariter icone. -- *Craſſitie* Regulum *non multum antecellit; ſuperne fuſca, ſcapis pennarum fuſco rufeſcentibus; inferne alba; gutture & collo inferiore nigricantibus, rectricibus fuſco nigricantibus; mandibula ſuperiore nigricante, inferiore griſea; pedibus & unguibus nigricantibus*.

16. FROSONE del Braſile. -- *Coccothrauſtes Braſilienſis* Briſs. T. eod. pag. 246. ſp. 13. -- *Rubicilla Americana* Raii. -. *Rubicilla Americana Guira Tirica Braſilienſibus* Marcg. & Willughb. -- *Magnitudine Alaudam aemulatur, ſuperne griſea, maculis nigris variegata, inferne alba, capite, & collo inferiore ſanguineis, remigibus, rectricibuſque nigris, oris exterioribus remigum albis, oculis caeruleſcentibus; aurium foraminibus amplis; mandibula ſuperiore fuſca, inferiore ex albo ad incarnatum colorem inclinante, pedibus cinereis*.

17. FROSONE della Luiſiana. -- *Coccothrauſtes Ludoviciana* Briſs. Tom. eod. pag. 247. ſp. 14. cum accurata icone, -. *Craſſitie Montifringillam paullulum antecellit ſuperne nigra, inferne alba, pectore dilute purpureo; uropygio candido; rectricibus nigris, tribus extimis in exortu & ultima medietate interius albis, roſtro, pedibus, & unguibus griſeo fuſcis*.

18. FROSONE del Canadà. -- *Coccothrauſtes Canadenſis* Briſs. T. eod. pag. 250. ſp. 15. cum optima pariter icone. -- *Rubicilla maxima Canadenſis* Edward. Tab. 123. maris, Tab. 124. foeminae. -- *Loxia* Enucleator *linea alarum duplici alba, rectricibus totis nigricantibus* Linn. Syſt. Nat. ſp. 3. -- *Coccothrauſtem noſtratem craſſitie circiter aequat, ſordide roſea, dorſo fuſco, gryſeo & ſordide roſeo mixto, ventre griſeo, remigibus fuſcis, oris exterioribus maiorum roſeis, minorum albis, rectricibus fuſcis, oris exterioribus gryſeis, roſtro cinereo; pedibus & unguibus fuſcis. Foemina autem gryſeo fuſca obſervatur, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius, remigibus fuſcis, oris exterioribus gryſeis*.

19. FROSONE Indiano. -- *Coccothrauſtes Indica* Briſs. Tom. eod. pag. 252. ſp. 16. -- *Pſittacus cryſtatus, ruber, minor ex Inſula Boetonenſi* Seb. -- *Craſſitie antecedentem aequat, ſaturate rubra, capite cryſtato; rectricibus alarum ſuperioribus obſcure rubris, remigibus, rectricibuſque ſaturate rubris, pedibus flavis, digitis longis, acutis, & curvis unguibus munitis; roſtro ſaturate luteo; rubro obſcuriore ad baſim cincto*.

20.

20. FROSONE celeſte d' America -- *Coccothrauſtes Americana caerulea* Briſſ. ſupplem. pag. 89. ſp. 20. cum icone ſatis accurata. -- *Coccothrauſtem Virginianam vulgo Cardinalem dictam Tab. CCCXXIX. oſtenſam circiter adaequat, obſcure cinereo caerulea; gutture albo, maxillis, collo inferiore, rectricibuſque nigris; roſtro rubro, pedibus & unguibus plumbeo colore imbutis.*

T. CCCXXXI. Fig. 1. B. -- 5. 1. Fig. 2. B. -- 5. --

Fig. 1. CALENZUOLO, o Verdone, e altrove anco Verdello; Cloride degli Autori. — *Chloris vulgaris, ſive Coccothrauſtes minor.* — *Chloris* Geſn. Aldrov. Sibbald. Moerh. — *Chloris* Aldrov. Willughb. & Raii. — *Chloris, ſeu Fringilla viridis* Ionſt. & Charl. — *Fringilla viridis; Chloris* Aldrov. Willughb. & Rzac. — *Coccothrauſtes viridis* Klein. n. 4. — *Linaria viridis* Schwenckfeldii. — *Linaria flava* aliorum Rzac. — *Anthus* Geſn. & Ionſt. — *Anthus florus* Charl. — *Anthus, ſive Florus* Aldrov. Bellon. Willughb. — *Anthos aequalis Fringillae luteſcens* Aldrov. Willughb. & Raii. — *Vireo* Friſch. — *Loxia* Chloris *flavicanti-virens, remigibus minoribus antice luteis, rectricibus lateralibus quatuor baſi luteis* Linn. Syſt. Nat. ſp. 29. — Gall. *Verdier, Bruant, Bruyant, Verdereule.* — Angl. *Green-Finch, Neigbing-Bird.*

HA il becco ſimile a quello del *Froſone*, ma molto più corto, nell' eſtremità acuto, e non curvo. Il dito eſterno per la metà della ſua lunghezza è attaccato coll' altro. Fa il ſuo nido nelle ſiepi; l' eſterna parte la compone di fieno, o di gramigna, e fuſcelli, il mezzo di borraccina, e l' eſterna parte di penne, di lana, e di peli, ſopra de' quali depoſita le uova. Queſte poi ſono cinque, o ſei di numero, di color verde ſmorto, e nella parte più ottuſa ſpruzzate di color ſanguigno. Le femmine ſono d' un colore meno vivo, e ſono meno forti, e diſtinguonſi da varie macchie bislunghe, e ſcure, tanto nel dorſo che nel petto. Alcuni dicono, che l' Uccello nominato dal Bellonio *Floro* ſia una coſa medeſima coll' antecedente; altri poi lo conſiderano per ſpecie diverſa. Dicono queſto eſſer più groſſo, e più giallo di colore, che canti ſuavemente, e perciò tenerſi volentieri in gabbia. Da' Franceſi ſi dice *Bruant* a motivo di fare volando molto ſtrepito. Si conſulti quanto ſarà da noi detto alla T. CCC XLVIII. di un altro Uccello non molto da queſto diverſo, acciò non reſti con queſto confuſo.

ROſtrum habet Cocchotrauſtis *roſtro ſimile, ſed multo brevius, acutum, nec recurvum. Extimus digitus medio ima ſui parte adhaereſcit. Nidificat in ſepibus; extimam partem nidi foeno, aut gramine, vel ſtipula, mediam ex muſco, intimam e plumis, lana, piliſque, ovis immediate ſubſtratis componit. Ova parit quinque aut ſex pallide virentia, ſanguineis maculis praecipue in obtuſiore extremitate infecta. Foeminae colore languidiore, minuſque vegetae ſunt; in pectore & dorſo maculis oblongis fuſcis diſtinctae. Unam eamdemque Avem nonnulli faciunt Anthum, ſeu* Florum *Bellonii; alii vero diverſam exiſtimant, faciuntque vulgari ſpecie corpore maiorem, magiſque colore luteam dicunt. Canere etiam ſuaviter, ac propterea in caveis ali. Gallice* Bruant *dicta haec Avis fuit quia dum volat magnum edit ſtrepitum. Conferantur quae de Ave non longe diſſimili dicenda ſunt ſub Tab. CCCXLVIII. ne cum hac confundatur.*

Fig. 2. CALENZUOLO, o Verdone ſcherzoſo. — *Chloris altera naturae luſus.*

I *Calenzuoli* per lo più ſi cibano del ſeme di Canapa e ſi raggirano ſempre intorno agli alberi, e poſti in diſtanza da' prati.

Queſti Uccelli ſi prendono alla metà d' Ottobre, e per tutto Novembre. Ne' campi ingraſſano mangiando ſemi di Cardo, di Rape, e di Falaride. Campano per lo più circa a cinque anni.

Queſt' Uccello è molto graſſo, ed è migliore del *Fringuello*, eſſendo meno amaro, e perciò ſtimato nelle Tavole.

CHlorides *inter alia plerumque Cannabino ſemine delectantur, verſanturque circa praceras arbores procul a pratis diſſitas.*

Hae Aves a medio Octobri menſe, & per Novembrem totum capiuntur. In campis ſaginantur ſeminibus Cardi, Raparum, & Phalaridis. Vita eorum ad quinque circa annos extenditur.

In cibo hominum expetita eſt Avis, quia pinguis, & Fringilla *melior, quia amarore minus praedita.*

T. CCCXXXII.

CALENZUOLO, o Verdone del Brasile, detto Cardinale Domenicano, e da altri Cardinale Carmelitano. — *Chloris Brasilienſis, Cardinalis Dominicanus, ſive Carmelitanus aliis dicta.* — *Tiie-Guacro-Paroara Braſilienſibus* Marcg. Willughb. & Raii. — *Paſſer Cardinalis Dominicanus* Briſs. T. 3. pag. 116. ſp. 22. cum icone ſatis accurata,

IL maſchio al di ſopra è di color di cenere, coll' eſtremità delle penne nere in mezzo al dorſo; dalla parte inferiore bianche come la neve; nella parte d' avanti del capo, e nella gola roſſe; nella coda nere, e nell' eſtremità eſteriore color di cenere, e le eſterne nel margine davanti bianche; la mandibula ſuperiore è oſcura, e l' inferiore bianchiccia; ne' piedi poi, e nell' ugne è d' un grigio foſco. La femmina differiſce dal maſchio e aſperſa di puntolini roſſi.

Mas ſuperne cinereus eſt, oris pennarum in medio dorſo nigris; inferne niveus, capite anteriore, & gutture rubris, rectricibus nigris, oris exterioribus cinereis, extimis margine interiore albo; mandibula ſuperiore fuſca, inferiore albida; pedibus unguibuſque griſeo fuſciis. Foemina a mare diſcrepat capitis anteriore parte flava aurantia, puntulis rubris aſperſa.

eſſendo gialla nella parte anteriore del capo,

T. CCCXXXIII. Fig. 1. B. -- 5. -- Fig. 2. B. -- 4. 2.

Fig. 1. CALENZUOLO, o Verdone Indiano. — *Chloris Indica* Briſs. T. 3. pag. 195. ſp. 55. — *Chloris Indicus* Edw. — *Fringilla* butyracea *virens, ſuperciliis pectore abdomineque flavis, remigibus primoribus margine exteriore albis* Linn. Syſt. Nat. gen. 98. ſp. 17. — Gall. *Le Verdier des Indes; Loriot, ou Verdier.* — *Habitat in India Orientali, praeſertim in Madera.*

Fig. 2. CALENZUOLO, o Verdone del Perù. — *Chloris Peruana.* — *Fringillago viridis capite rubro* Edw. — *Tangara Peruviana viridis* Briſs. T. 3. pag. 23. ſp. 13. cum accurata icone. — *Fringilla pectore caeruleo* Klein. n. 12. — *Fringilla* Gyrola *viridis capite rubro, collari flavo, pectore caeruleo* Linn. Syſt. Nat. gen. 98. ſp. 12. — Gall. *Verdier à tête rouge.* — Angl. *The red headed green-Finch.* — *In Peruvio & Surinama habitat.*

TRovaſene un' altra varietà nell' Iſola di Bacama, detta dal Klein *Paſſerculus bicolor Bachamenſis* Av. pag. 89. n. 9. la quale è verde di capo, e di collo e petto nero.

ALia datur varietas, quae in Bachama Inſula habitat ſordide viridis, capite, collo, & pectore nigris, a Kleinio dicta Paſſerculus bicolor Bachamenſis *Av. pag. 89. n. 9.*

T. CCCXXXIV. B. -- 6. --

CARDINALE in gran parte nero d' America. — *Avis Americana, Cardinalis niger dicta, brachyura, capite, & inferna corporis parte vinacea.* — *Paſſer Indicus capite & pectore vinaceo* Gerin. Ornith. n. 279.

T. CCCXXXV. Fig. 1. B -- 3. -- Fig. 2. B. -- 6. 4.

Fig. 1. CARDINALE bruno ſenza coda del gran Parà nel Braſile. — *Cardinalis ex nigro caeruleus ecaudatus minor e Parà Braſiliae regione.*

Fig. 2. CARDINALE ſenza creſta del gran Parà nel Braſile. — *Cardinalis* non criſtatus e Parà Braſiliae regione. — *Avis forte Mexicana grandis, rubra, Paſſeris ſpecies* Seb. — *An Coccothrauſtes alis nigris* Klein. n. 8. — *An Coccothrauſtes Mexicana* Briſs. T. 3. pag. 256. — *An Loxia* Mexicana *rubra alis nigris* Linn. Syſt. Nat. ſp. 8. — Gall. *Le Groſ-Bec du Mexique.*

T. CCCXXXVI. B. -- 6. — 1 / 6. 1. 2

MIGLIARINO di Padule, detto anche Ortolano, e Monachino di Padule; maſchio e femmina; nel Veroneſe *Pionſa*, e nel Bologneſe *Paſſera di valle.* — *Miliaria Paluſtris* — *an Hortulanus arundinaceus, ſive Emberiza, Hortulanus arundinaceus* Briſs. T. 3. pag. 274. ſp. 5. — *An Paſſer arundinarius* Geſn. & Schwenck — *Paſſer arundinarius, ſive aquaticus* Rzac. — *An Paſſer atricapillus torquatus* Friſch.

apud quem icon maris, & foeminae extat, licet minus accurata. — *An Paſſer Iunco* Charlet. — *An Iunco Turneri* Geſn.. — *An Paſſer torquatus in arundinetis nidificans* Willughb. — *An Fringilla* Schoeniclus *rectricibus fuſcis ; extimis duabus macula alba cuneiformi , corpore griſeo , capite nigro* Linn. Syſt. Nat. gen. 98. ſp. 26. — Gall. *L' Ortolan de Roſeaux. Moineau de Ioncs.* — Ang. *Reed-Sparrow.*

LA femmina è molto più ſcolorita, e ha una collana più oſcura, che appena ſi vede. Fra gli uccelletti di becco groſſo è il migliore dopo l' *Ortolano* , e s' ingraſſa come queſto .

FOemina magis decolor eſt , ac torquem obſcuriorem, & vix apparentem fert. Inter Aves minores roſtro craſſo donatas poſt Emberizam *pluris aeſtimatur , atque ut* Emberiza *ſaginatur & pingueſcit .*

T. CCCXXXVII.

FRINGUELLO comune, o Fringuello noſtrale. — *Fringilla vulgaris, vel communis.* — *Fringilla* Bell. Aldr. Ionſt. Willughb. Charlet. Sibbald. Friſch. Moehr. & aliorum. — *Fringilla, vel Frigilla* Geſn. & Rzac. — *Fringilla ſimpliciter* Klein. — *Fringilla* Schwenckfeldii . — *Vinelia Avis* Alberti & Rzac. — *Fringilla , ſive Spiza* Geſn. — *Paſſer ſubtus ſpadiceus , ſuperne ſubcaeruleus , & ſubvireſcens* Barr. Ornith. — *Paſſer Fringilla* Briſſ. T. 3. pag. 148. ſp. 36. — *Fringilla* Caeleos *artubus nigris remigibus nigris utrinque albis ; tribus primis immaculatis, rectricibus duabus oblique albis* Linn. Syſt. Nat. gen. 98. ſp. 2. — Gall. *Le Pinçon ; Grinſon ; Pinſon ; Quinſon.* — Angl. *Chaffinch.*

IL capo nel maſchio è di color ceruleo, ma intorno alle narici è di color nero, ha il dorſo roſſo con qualche meſcolanza tra il color di cenere ed il verde ; il petto lo ha tutto roſſiccio ; il ventre ſotto la coda biancheggia . Le femmine poi hanno i colori meno vegeti, il dorſo non tanto roſſo, il baſſo ventre di un verde oſcuro, e il petto d' un bianco ſudicio .

Queſt' Uccello varia frequentemente ne' colori delle penne, poichè qualche volta ſi oſſerva per tutto bianco ; ed uno di queſta ſorte lo deſcrive il Geſnero ; alle volte poi è tutto biondo, altre è miſto di giallo e nero, e l' Aldovrando ha deſcritte tutte queſte varietà .

I *Fringuelli* ſono Uccelli di paſſo, che amano il freddo, ma moderato, e ſono offeſi dal troppo forte . Nell' Inghilterra vi ſtanno tutto l' anno ; e neſſuno Uccello, ſe per ſorte non *s'* eſclude la *Paſſera* , la *Lodola* , e l'*Ortolano*, vi è tanto frequente. Dagli Svizzeri in Inverno partono, e tanto reſtano offeſi dal freddo, che non alzano il volo, e ſpeſſiſſimo ſi prendono con le mani .

CAput in Mare caeruleſcit, at quod naribus contiguum nigricat , dorſum rufum , cum cinerei , aut viridis mixtura ; pectus rubet ; venter ſub cauda albicat . Foeminae autem colores minus vegetos ferunt ; dorſum non adeo rufum ; infimus venter ſordide ex fuſco in eis vireſcit ; pectus ſordeſcit .

Avis haec pennarum coloribus non infrequenter variat , aliquando enim in univerſum candida obſervatur ; huiuſmodi unam deſcripſit Geſnerus ; interdum etiam toto corpore ex albido nonnihil flaveſcit ; aliquando etiam ſubluteo , & ſubnigro mixto variat ; eaſque coloribus hiſce praeditas deſcripſerat Aldrovandus .

Fringillae *migratoriae ſunt Aves , quae frigus diligunt , ſed moderatum , ab immoderato autem laeduntur . In Anglia per totum annum manent , ac numquam diſcedunt ; nec ulla Avis , ſi forte* Paſſerem , Alaudam , & Emberizam *flavam excipias , in Anglia frequentior eſt . In Helvetia per hiemem recedunt ; ex valido autem frigore ita offenduntur , ut volare nequeant , & manibus ſaepe ſaepius capiantur .*

Fig. 2. FRINGUELLO ſcherzoſo. — *Fringilla naturae luſus .*

QUeſt' è una mera e accidental varietà dell' antecedente. Il Briſſonio e altri Autori ne deſcrivono più altre varietà, come il *Fringuello di coda e ale nere ; il Fringuello tutto ſcuro ; il Fringuello tutto bianco ; il Fringuello con il collare* , che in tutto e per tutto ſomiglia il comune, fuorchè in avere un collare bianco, che gli gira il collo, e in avere la ſommità del capo ornata di piume bianche

MEra antecedentis varietas eſt . Briſſonius , aliique Auctores huius ſpeciei varietates aliquas deſcribunt ; *ſcilicet* Fringillam alis & cauda nigris , Fringillam fuſcam ; Fringillam candidam ; Fringillam torquatam, *quae in omnibus cum* Fringilla vulgari *convenit , praeter torquem album, qui collum cingit , & in capitis vertice plumulis candidis ornatam , a Schwenckfel-*

che, descritto dallo Schwenckfeldio, e finalmente il *Fringuello* tutto scuro nel corpo, con un ciuffo sul capo di color rosso acceso, che vien anco descritto da Linneo, è chiamato *Fringilla flammea fusca, crista flammea* Syst. Nat. sp. 20.

I Fringuelli fanno il nido ne' bassi rami degli alberi, o negli alti rami de' Frutici; internamente lo formano di lana, di ragnateli, e di piume d' Uccelli; e di fuori di musco, o lichene, ed alle volte di setole tessute e legate insieme. Alcune volte soglion fare cinque o sei uova, quali sono d' una corteccia sottilissima, di color grigio dilavato, punteggiate di rossiccio, ed ancora asperse di macchie di color di sangue oscuro, e alle volte di nero.

Non tutti cantano nella stessa maniera; alcuni concisamente, e quasi che si lamentassero, altri sostengono il canto lungamente, come specialmente sono quelli, che per il tempo della Caccia si accecano, e si tengono nelle gabbie. Se si dà loro una Cavalletta a mangiare, si dice, che cantino più soavemente.

Con molta astuzia si prendono, e più facilmente al Paretaio quando è sereno, e soffia un dolce zeffiro; imperocchè più bassi volano, e meglio sentono le voci degli Uccelli ingabbiati.

Alcuni non divengono mai mansueti, e consumati dall' inedia muoiono. Tutti ne' primi mesi della prigionia per il dolore non cantano, nè si rallegrano se non con artifizj e allettamenti. Se cantano sul finir della mattina presagiscono tempo burrascoso.

ckfeldio descriptam ; & Fringillam cristatam, *quae in toto corpore fusca est, crista vivide rubra donata, quae a Linnaeo etiam describitur, diciturque* Fringilla flammea fusca, crista flammea *Syst. Nat. sp.* 20.

Fringillae in infimis arborum & summis fruticum ramis nidulantur. Nidum intus ex lana, araneorum telis, & avium plumulis, extus ex musco, vel lichene, & setis nonnullis aliquando intertextis, vel circumligatis construunt. Quatuor, quinque, quandoque etiam sex ova ponere solent, quae cortice sunt exilissimo colore dilute griseo ex rufescente punctata, maculisque etiam nonnullis obscure sanguineis, & interdum nigris adspersa.

Non uno eodemque modo canunt; quaedam concise, quasi querulantur, quaedam in longum vocis modulationem trahunt, ut praesertim illae sunt, quae Aucupii gratia in caveis excoecatae aluntur. Si Locusta mandenda eis apponatur, suavius eas canere fertur.

Pluribus astutiis capiuntur; communiter, ac facilius vero retibus, atque sudo, & Zephyro flante, nam & demissius tum volant, & melius allectricum voces audiunt.

Quaedam nunquam mansuescunt & inedia consumptae commoriuntur. Omnes primis captivitatis mensibus prae moestitia obmutescunt, nec nisi blanditiis exhilarantur. Summo mane si canunt tempestatem praesagiunt.

T. CCCXXXVIII. Fig. 1. B. — 5. 1. ½ Fig. 2. B. 6. 1. ½

Fig. 1. FRINGUELLO Montanino maschio, volgarmente detto in Toscana Peppola. — *Fringilla Montana, seu Montifringilla Montana* Gesn. Ionst. Frisch. — *Fringilla Montana, seu Montifringilla* Willughb. & Raii. — *Montifringilla* Aldrov. Ionst. Charlet. — *Fringilla Hiberna* Schwenck. — *Fringilla Hiberna Montana* Klein. n. 2. — *Fringilla Montana, seu Montifringilla; Fringilla Hiberna; Fringillago Gazae* Rzac. Auct. Hist. — *Fringilla Montana, seu Aurivittis* eiusd. Hist. — *Aurivittis* Schwenck. — *Orospiza* Bellon. — *Fringilla* Montifringilla *alarum basi subtus flavissima* Linn. Syst. Nat. gen. 98. sp. 3. — *Passer Montifringilla* Briss. T. 3. pag. 155. sp. 37. — Gall. *le Pinçon d' Ardennes; Petit Pinçon de Montagne; Montain; Montan, ou Montain, nommé par quelques uns Paisse de boys, ou Moineau de boys.* — Angl. *Bramble; Brambling; Montain-Finch; Brien-Finch.*

LA natura parimente in quest' Uccello scherza; imperocchè le ali sono ricoperte di penne ora nere, ora biancheggianti. Gli Autori descrivono la maggiore, e la minore specie, e chiamano maggiore quella che ha il dito di dietro corredato di un' unghia, o sprone lunghissimo, come nella *Lodola*, e questa è appunto quella che chiamasi *Peppola*.

Dimora ne' monti Settentrionali dell' Inghilterra per testimonianza del Raio, ma per altro è rara. In copia poi si prende nelle cam-

NAtura in hac pariter Ave nonnihil ludit; remiges enim vestiuntur pennis modo nigris, modo albicantibus. Unguis postici digiti, ut in Alaudis, *longissimus est, nempe semidigitalis. Maiorem, & minorem speciem, vel potius varietatem huius Avis describunt Auctores, & maiorem tantum calcaribus* Alaudae *donatam esse statuunt, atque hanc revera* Montifringillam *appellari volunt.*

In Septentrionalibus Angliae montosis locis habitat teste Raio, sed rarius occurrit; in agro vero Eboracensi saeviente bruma copiose

ca-

campagne della Provincia di Yorck quando è gran freddo ; nella Toſcana poi ſi può dire quaſi volgare , benchè ſia di paſſaggio ; parte nel meſe di Marzo , e ritorna ſulla fine di Ottobre , e niuna ſe ne vede in Eſtate .

La femmrna nel vertice , nella fronte , e nel dorſo è d' un color rugginoſo , e la linea ſuperiore delle ali è talmente corta e ſtretta , che appena ſi ſcorge .

Le *Peppole* non cantano bene , ma mandano fuori una voce diſordinata e moleſta ; racchiuſe poi nelle gabbie imitano le voci di tutti gli Uccelli del genere paſſerino .

Se ne dà anche una varietà col capo bianco citata dall' Aldrovando ,

capitur . In Etruria autem vulgaris propemodum dici poteſt , licet migratoria ea ſit ; exeunte enim Octobri menſe advenit , & menſe Martio diſcedit , neque ulla amplius hiſce in locis obſervatur .

Foemina in vertice , cervice , & dorſo plus habet ferruginei coloris , & alarum linea ſuperior adeo anguſta & brevis eſt , ut fere deliteſcat .

Montifringillae *non adeo ſuave canunt , ſed potius inconditam & moleſtam edunt vocem ; in caveis vero incluſae aliarum Avium ,* Paſſerum *in primis , voces imitantur .*

Varietas quoque datur capite albo , ab Aldrovando Montifringilla leucocephalos *dicta .*

Fig. 2. FRINGUELLO , o Paſſera detta appreſſo di noi *Sordone* . — *Fringilla , ſeu Paſſer in Etruria* Sordone *dicta .*

QUeſto forſe potrebbe appartenere alla *Peppola maggiore* con il dito di dietro corredato di lungo ſprone come lo ha l' *Allodola* , la quale ſpecie è nominata dal Willughby e dal Raio , e ſe queſto foſſe così , eſſa ſarebbe il maſchio di queſta tale ſpecie .

Queſt' Uccello ſi vede frequentemente nel diſtretto di Volterra , e ſpecialmente preſſo il Caſtello detto le Pomarance ; per aſſerzione de' Cacciatori dimora per tutto l' Inverno in Toſcana , ed abita nell' alte , e ſolitarie Torri .

Vi ſono altre ſpecie o varietà di *Fringuelli* , ma ſiccome ſono ſtate ridotte ſotto altri generi o nomi , perciò ſi troveranno altrove deſcritte , particolarmente nel Volume ſuſſeguente , o IV. ſotto la Tav. CCCLXXII.

HAec forte ad Montifringillam *calcaribus Alaudae , ſeu maiorem Willughbeii & Raii pertinere poſſet , & ſi hoc verum eſſet , quae a nobis oſtenditur , mas certe in ea ſpecie foret . Non infrequens eſt in agro Volaterrano , praeſertim prope Oppidum le Pomarance dictum ; Venatorum teſtimonio per totum brumae tempus in Etruria commoratur , habitatque in editis deſertiſque turribus .*

Aliae dantur Fringillarum *ſpecies vel varietates , quae cum ad alia genera , ſive ſub diverſis nominibus redactae ſint , alibi deſcriptae obſervabuntur , praecipue ſub Tab. CCCLXXII. Voluminis IV. ſive inſequentis .*

T. CCCXXXIX. Fig. 1. B. -- 5. -- Fig. 2. B. -- 4. 2.

Fig. 1. PASSERA Mattugia dell' Olina . — *Paſſer ſtultus Bononienſis* Aldrov. Ionſt. Willughb. & Raii . — *Paſſer ſtultus Bononienſis* Charlet. — *Paſſer ſtultus* Briſs. T. 3. pag. 87. ſp. 5. — Gall. *Le Moineau Fou* . — Angl. *Fooliſch-Sparrow* .

PAſſera mattugia certamente fu detta , perchè mai o di rado ſta ferma nel medeſimo luogo. Fa il ſuo nido nelle folte macchie , e negli argini delle foſſe , e in quello vi pone quattro , o cinque uova.

PAſſer ſtultus *certe dicta fuit hac Avis , quia numquam vel raro corpore , vel in locis quieſcit . In denſis vepretis ; vel in foſſarum aggeribus nidum condit , & in eo quatuor , vel quinque ova ponit .*

Fig. 2. PASSERA Mattugia ſcherzoſa . — *Paſſer ſtultus naturae luſus* Gerin. Ornith. n. 281. . — *Ax Paſſer candidus* Briſſ. Tom. 3. pag. 77.

T. CCCXL. Fig. 2. & 2. B. -- 5. 1.

Fig. 1. PASSERA volgare detta da' noſtri Paſſera Capannaia ſcherzoſa . — *Paſſer domeſticus naturae luſus* . Gerin. Ornith. 284. — *Inſequentis ſpeciei Fig. 2. tantum varietas .*

Fig. 2. PASSERA noſtra volgare o comune , detta Capannaia , e da quaſi tutti gli Autori chiamata Paſſera domeſtica . — *Paſſer vulgaris , vel communis noſter , ſive domeſticus fere omnium Auctorum* . — *Paſſer* Geſn. Aldrow. Ionſt. & Proſp. Alp. Aegypt. — *Paſſer domeſticus* Schwenck. Sibbald. Raii Rzac & Friſch. — *Paſſer domeſticus vulgaris* Charlet. — *Paſſer domeſticus* Aldrov. & Willughb. — *Paſſer domeſticus* Briſs. Tom. 3. pag. 72. ſp. 1. — *Fringilla* domeſtica *remigibus rectricibuſque fuſcis , corpore griſeo , nigroque , faſcia alarum alba ſolitaria* Linn. Syſt. Nat. ſp. 27. — Gall. *Le Moineau Franc. Moineau de Ville ; Moineau ; Moinèt ; Moiſſon ; Paiſſe ; Paſſer au ; Paſſerat* . Angl. *Sparrow ; Houſe-Sparrow .*

T. CCCXLI. Fig. 1. B. -- 4. 2. Fig. 2. B. -- 6. --

Fig. 1. PASSERA ſalvatica, o campeſtre. — *Paſſer ſylveſtris* Aldrov. Ionſt. Charlet. Willughb. Friſch. & Briſſ. Tom. 3. pag. 182. ſp. 3. — *Paſſer campeſtris* Sibbald. & Rzac. — *Paſſer in Iuglandis degens* Ionſt. — *Paſſer Puſillus in Iuglandis degens* Aldrov. Bellon. Willughb. & Raii. — *Paſſer Puſillus in Iuglandis victum quaerens* Charlet. — Gall. *Le Moineau de campagne, ou le Friquel; Moineau de Noyer.* — Angl. *Redheaded-Sparrow. Walnut-Sparrow,*

Fig. 2. PASSERA alpeſtre, o montanina, volgarmente detta appreſſo di noi Paſſera Lagia, e dai Bologneſi chiamata Petronia Marina. — *Paſſer ſylveſtris Petronia marina Bononienſibus dicta, vulgo vero in Etruria* Paſſera Lagia. — *Paſſer torquatus* Aldrov. Ionſt. Bellon. Willughb. & Raii — *Paſſer ſylveſtris* Briſs. Tom. eod. pag. 88. ſp. 6. cum optima icone — *Paſſer Boeticus pectore deaurato* Barr. — *Fringilla ſabcana, macula lutea in pectore* Friſch. & Klein. — *Oenouthe congener* Aldrov. Willughb. & Raii. — *Petronia marina Bononienſibus dicta* Willughb. & Raji. — Gall. *Le Moineau de Bois; Moineau a la ſoulve, ou au Collier jaune.*

T. CCCXLII. Fig. 1. B. -- 5. 2. Fig. 2. B. -- 4. 2.

Fig. 1. PASSERA Illirica, o di Schiavonia. — *Paſſer Illyricus, vel Sclavonicus.* — *Paſſer Illyricus* Aldrov. Ionſt. Willughb. & Raji. — *Paſſer Sclavonicus* Briſſ. T. 3. pag. 94. ſp. 10. — Gall. *Le Moineau d' Eſclavonie.*

Fig. 2. PASSERA d' America. — *Paſſer Americanus* Gerin. Ornith. n. 289. — *An Paſſer Mexicanus* Briſs. Tom. 3. pag. 97. ſp. 12. — *Emberiza flava Mexicana* Klein. — *Linaria Mexicana capite flavo* Edw. — Gall. *Le Moineau, ou Linnotte d' Amerique.* — Angl. *The yellow headed from north America; or yellow headed Linnet.*

T. CCCXLIII. Fig. 1. B. -- 5. 1. Fig. 2. B. 5. --

Fig. 1. PASSERA dell' Iſola di S. Tommaſo. — *Paſſer Inſulae S. Thomae* Gerin. Ornith. n. 290.

Fig. 2. PASSERA del Meſſico, ſecondo altri Paſſera, o Fringuello del Braſile. — *Paſſer Mexicanus quorumdam, aliis Paſſer, ſive Fringilla Braſilienſis.* — *Fringilla coloribus rufo & caeruleo Braſilienſis* Edw. T. 4. pag. 191. — Gall. *Le Pinçon rouge & bleu du Breſil.*

T. CCCXLIV. Fig. 1. e 2. B. -- 5. --

PASSERE del Braſile dette Papiglioni, o Farfalle. — *Paſſeres Braſilienſes Papiliones dicti* Gerin. Ornith. n. 298. & 299. — *Fringilla tricolor* Klein. n. 7. — *Fringilla purpurea* eiuſd. n. 13. — *An Avis Chiltototl Americana Paſſeris ſpecies* Seb. — *Fringilla tricolor Mexicenſis* Edw. Tom. 3. Tab. 130. *Hiſpanis Mariposa Pintada appellata.* — *Fringilla tricolor* Catesb. — *Fringilla Chinenſis* Alb. — *Paſſer Chloris Ludoviciana, vulgo Papa dicta* Briſs. Tom. 3. pag. 200. ſp. 58. — *Emberiza* Ciris, *capite caeruleo, abdomine fulvo, dorſo viridi, pennis viridi-fuſcis.* — Gall. *Le Verdier de la Louiſiane, dit vulgairement le Pape; ou l' Oiſeau peint.* -- Angl. *Painted-Finch; Or China Butl-Finch.*

T. CCCXLV. B. -- 15. --

VEDOVA del Braſile. — *Vidua Braſilienſis* Gerin. Ornith. n. 300.

T. CCCXLVI. B. -- 14. 1.

